

que spectant ad honestatem vite, & reformationem morum ad correctionem & pœnes pro peccatis impositas, ad divinum cultum, officium, & sacramenta, ad jura Episcopalia, & ad jurisdictionem Ecclesiasticam, cap. Quia frater, 2. q. 1. & c. 16. de offic. judic. ordin.

4. Tenentur servare honestatem & modestiam in omni compositione & gestu (2) corporis, temperantiam & moderationem in cibo & potu, ex dist. 41. & dist. 44.

5. Ratione sui status debent morum sanctitate & virtutibus omnibus laicis præluce, quorum forma, & exemplum esse debent, ait Conc. Gener. Later. II. c. 4. (3)

Quest. III. Quenam sunt obligationes speciales Beneficiorum?

Resp. Beneficij, etiam carentes ordine sacro, tenentur ex justitia canonica recitare quotidie, sicut ut si eas culpabiliter omiserint, peccent mortaliter, nec faciant fructus suos, & ad eorum restitu-

se habet aliquod annexum, ut in publicum debeat venire, & per quod vivens ponitur sub alterius potestate. Sicut est in susceptione sacri Ordinis, per quem suspiciens constituitur minister Ecclesie, & aliter quam prius sub Episcopi potestate: quia Episcopus potest eum cogere ad statum Clericalem servandum, & ad vitandum ea, que repugnant statui Clericali.

(1) De hac exteriori corporis modestia, quam plures nauci faciunt; mirum est quantum solliciti fuerint Sancti Patres, utpote interioris verecundia ac relictudinis indicem eam purgatori oculo agnoscentes. Nam piget audire unum Ambrosij, se instituentem Mediolanenses Clericos (lib. 1. Offic. c. 18.) Est etiam in ipso motu, gestu, incessu tenenda verecundia. Habitus enim metus in corporis statu cernitur. Hinc homo coram nobis abscondens, aut levior, aut jactantior, aut turbidior, aut contra gravior, & constantior, & purior, & maturior adimat. Itaque vox quædam est animalis corporis motus. Meministi, Filij, quemdam amicum, cum sedulis se videretur commendare officio, hoc solo tamen in Clerum a me non receptum, quod gestus ejus plurimum dedecere? Alterum quoque cum in Clero reperissem, justissime me, ne unquam preterit mihi, quia velut quodam insolentis verberis obsequio ferire meos? Idque dixi, cum redderetur potu offensus muneris. Hoc solum excipit: non sefellit sententia. Utroque enim ab Ecclesia recessit, in quavis incessu probebatur, talis perfidia animi demonstraretur. Namque alter Ariam insensationis tempore fidem deservit: alter pecunie studio, ne iudicium subiret, Sacerdotem se nostrum negavit. Lucebat in illorum incessu imago levitatis, species quædam scurrarum percurantium. Hac cum ita sint, minime succedendum his Prælatibus, qui ubi de juvenibus in Clerum admittendis agitur, solent ipsos a planta pedis usque ad verticem capitis lustrare attentis oculis. Quippe in tali gravi negotio peritum esse phylogonomem, valde conductis Ecclesie Sanctæ Dei.

(2) Ex integra serie eorum omnium, que secularibus Clericis a Sacris Canonibus districte præcepta buccisque monstratum ac deinceps quoque ostentatione tenentur, saltem post sex menses pacifice possessionis. Ita omnes. Prob. 1. Ex Conc. Lateran. V. sess. 9. ibi: Statuimus & ordinamus, ut quilibet habens Beneficium cum cura, vel sine cura, si post sex menses ab obtento beneficio divinum officium non dixerit, legitimum impedimento cessante, Beneficium suorum fructus suos non faciat pro rata omissionis recitationis officii & temporis: sed ea tantquam injuste perceptos in fabricam humilissimam Beneficiorum, vel pauperum decimas, & ergastia Pius V. Constit. Ex proximo, vigente etiam in Gallia: Statuimus, inquit, ut qui horum omnium canonice vel per plures dies intermiserit, omnes beneficii sui fructuum suorum fructus, qui illi vel illis diebus responderent, si quotidie dividerentur; qui vero Matutinum, tantum dimidiet; qui ceteras omnes Horas, aliam dimidiet; qui horum singulas, sextam partem fructuum ejusdem diei amittant (3). 2. Quia sub hoc onere ab Ecclesia Beneficium

decur, quilibet perspicue deprehendere potest, plane eminentem, ac singularem sanctionem in istis demerari: proinde ipsorum statum ab statu Religiosorum non tantum distare parasent, quantum vulgo creditur. Itaque oppido salutaris adolescentibus illi, qui de invidua stabili vite ratione deliberant, cum sentiant se vocari ad servandum Deo in sacra militia, saltem sese additum Clericali seculari hanc sere ob causam, quia per commodum consentium ad vacandum celestibus, tum ad fruendum terrenis. Siccine rationes suas subducit inconsulta Juvenis? Itane rem tam magni momenti librandam docere summi Ecclesie Præsules, ac Patres de Clericali vocatione differentes? An non, ultra quam credit potest, laboriosum, & arduum in media inimicorum acie (hoc est, inter tot mundi pericula, tot carnis & sanguinis miscipulas) constitutus cumulate, constanterque excolare tam multa, tamque gravata Clericali Operarii officia? Ergo, ne statum vite fortasse capessant, cui minime sunt designati supra providentia consilio, voluntatem Dei unice explorare fatigant, seposita quavis cogitatione, & affectione terrena, tum, quocumque istos Deus vocaverit, inrepide sequantur. Namque (Ecc. cap. 31.) gloria magna est sequi Dominum; (Deut. cap. 31.) ipse est ductor nostrer, & non dimittet, nec derelinquet.

(3) Pianam istam Constitutionem sole meridiano clarivire morales duo Scriptores nuper se interpretati sunt, ut dicerent Beneficium, qui odo vel decem diebus intra eorum omittit recitare officium, non teneri ad ullam restitutionem fructuum, eo quod si servus liberali Domini, qui multo mitius, quam temporales domini, modica attendat. Commentum hoc refutatione non indiget. Si enim Pontifex Summus decernit, eum qui vel unicum horam Canoniam prætermittit, sextam partem fructuum unius diei privati: nunquid fructus omnes illi adjudicabit, qui officium integrum pluribus diebus recitare negligunt? Aliorum potius probanda sententia, qui omni restitutioni cessare asserant, quotiescumque qui inculpabiliter reputet se recitasse officium, quod recasse omisit.

etiam eis collatum est, & ab eis acceptum: nam Beneficia propter officia conceduntur, ait Conc. Constantinense sess. 24. Idem docet Concil. Trid. sess. 22. cap. 3.

Obj. 1. Hac restitutio fructuum debetur in conscientia ante omnem sententiam: nam omittens non habet jus ad illos fructus defecta conditionis, quam Ecclesia exigit ut illud acquirat. Concil. Later. cit. dicit, non facere fructus suos pro rata omissionis officii, sed tenere restituere tanquam in iure perceptos. At ut qui teneatur restituere iustitiam accipiat, et quod iure non est, non requiritur hanc præsentia iudicis. Hinc Alexand. VII. damnavit hæc propositionem: Restitutio a Pio V. imperata Beneficij non recitantis, non debetur in conscientia ante sententiam declaratam a iudice, eo quod sit pœna. Excalatur tamen a restitutione, qui sine sua culpa omisit, ut: gr. ob morbum, unde Conc. Later. addit: Cessante legitimo impedimento.

2. Non liberatur a restitutione, qui alius diebus recitat quod omisit, quia obligatio restituendi est imposta omnino graviter culpabili officii quotidiani, quod cum suo diei adixim sit, non potest impleri alio die.

3. Non sufficit adesse Horis quando recitatur in choro, quia recitari debent ab iplo Beneficiario, ex eadem Bulla.

4. Alexander VII. damnavit hæc propositiones: 22. Habens cappellaniam collativam, aut quodvis aliud beneficium ecclesiasticum, si iusto literarum tractu, satisfaciis suis obligationi, si officium per alium recitet. 33. Restitutio fructuum de omissione horum suppleri potest per quoscumque elemosinas, quas antea Beneficiarius de fructibus sui beneficii fecerit.

5. Commendatarius perpetui obligatur ad Horas, quia substituitur Beneficij titularibus cum tota obligatione: immo nunc habentur pro veris titularibus, & commendata perpetua equiparatur beneficio, ex Conc. Trid. sess. 7. c. 1. & sess. 24. c. 17. nam habet vim

& effectum tituli, datque jus perpetuum percipiendi fructus. Coadjutor vero non obligatur præcise ratione coadjutoris, licet institutus cum futura successione, quia nondum est Beneficiarius. Excipit, nisi habeat jus plenum administrandi ob beneficii antenatiam, aut plenum in defectum beneficii; nam teneatur ad omne onus, ad quod assumitur.

6. Insuper ratione studiorum non excusatur: nam comprehenditur voce, Quilibet. Conc. Later. & Beneficium non datur nisi propter officium. Item ad Horas obligantur predilectio habentes, ex Bulla Pii V. cit.

7. Ex communiore sententia, nulla est obligatio recitandi ante partam (1) possessionem, quia ante illam non censetur proventus beneficium perfecte consecutus, nec potest fructus percipere, nec beneficii jura exercere. Excipit, nisi dilatio possessionis capiende proveniat ex culpa, vel negligentia Beneficij: nam mora sua culibet est nociva, reg. jur. 25. in 6. & nemini sua iras vel negligentia prodesse debet. Tenetur autem statim sub mortali, accepta possessione, ex Bulla cit. Qui autem sex primis mensibus omisit, iuxta alios (2) tenetur ad restitutionem; quia ex natura rei tenetur, non solum ex iure ecclesiastico; nam datum ob causam obligantem restitui non potest, causa non secuta; iuxta alios non tenetur, quia Papa remittit obligationem restituendi, qui omisit sex primis mensibus officium, licet talis graviter peccaverit, cum violaverit præceptum in re gravi.

8. Tenitas beneficii non excusat ab hac obligatione. Ita S. Antonius, Navarrius, Suarez, Tolletus, Azor, Reginaldus, & alii communitur. Quia jura ad officium obligant omnes Beneficij sine exceptione, ut patet ex his verbis Concil. Later. Quilibet habens beneficium cum cura vel sine cura. Et ex his Bullis Pii V. Qualiacumque beneficia obtinentes. At ubi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus. Et lex generalis est, dari beneficium pro-

(1) Sic referi, quod tempore collationis, & acceptationis beneficii incipiunt Beneficij habere jus in re, sique fructus debeantur. Nam ex Maximo Becano (q. 11. de Orat. concl. 1.) persepe ante causam possessionem incertam est illud jus: & possunt tamen impediri modis modis, qui primum se pro dunt, quando capiendi est possessio. Porro præter causam fraudulente dilations hic & vestigio ab Antiocho expressum, alterum addo, si nempè Beneficij ante partam possessionem beneficii jam actu perciperet notabilem partem fructuum, sicuti quandoque evenit. Tunc enim, impropie habens dominium etiam utile, omnino teneretur recitare officium.

(2) Haud pauci, sique graves TT. docent, Beneficij naturaliter jus contrahit ad restituendum fructus sex priorum mensium, qui a possessione beneficii essentur: quoniam mittendo tunc culpabiliter officium, violavit, ut ipse videtur, iustitiam commutativam, unde radit restitutionis ortum. Hæsemad autem violationem ex eo deducimus, quod Beneficij instar stipendiarii beneficium a Fundatoribus nascitur fit, ut obiret munia beneficij adnexa, inter que numeratur præcipue recitatio. Auct. Theol. Mor. T. II. P. II.

Divini Officii. Atque hac ista ratione quædam illorum TT. solent adstruere, quod olim pines Decretalium, ac Summis prævidere: scilicet Beneficij non iure tantum Ecclesiastico, sed etiam naturali obligari ad recitandum officium. Substantivo (quo contraria opinio palmare nomen tenent) eoertant in prædicto restitutioni onere, priores sex menses respiciunt, Beneficij omnesque mensibus sublevari aut per Lateranense Decretum, aut per Pianam Constitutionem; quia in ipis, res iam disturno & acci. sess. c. 13. num. 10.) relinquatur prorsus intacta, quod primum mensure attinet: solumque determinatur, ob accidentem illam omissionem non posse conveniri, & nullari in Ecclesiastico foro Beneficij desides. Bened. XII. (Instit. Eccles. 107. §. 1.) Juribus: In controversia, qua dilectus, an iure Divino, vel Ecclesiastico officium recitari debeat, opinione veritatis iuris contententiam probamus, quod nempè ex iure Ecclesiastico illud dimidaverit. Hinc forte consilium capere licebit, quidnam sentiendum sit in superiore articulo controversia, que ad istum confessoria videtur.

propter officium. Immo cap. Clericus, dist. 91. jubetur Clerico pauperi, ut agricultura vel artificio sibi victum comparat sine officii detrimento. Præterea beneficium acceptans, sponte acceptat omne omni-lli annexum, & in illud consentit. (1) Nec ex tali onere patitur injuriam, cum hæc scienti & sponte consentienti non fiat. Sic vii tenetur ad onera matrimonii & alendam uxorem, quamvis ab ea non receperit dotem sufficientem. Saltem in hoc consilii debet cuiusque Ecclesie consuetudo, & in dubio Episcopos loci.

Sed an beneficiarius priorum omnibus beneficii fructibus respondentibus iis diebus, quibus non recitavit, si obierit alia ministeria beneficio annexa? (2)

Resp. Suarez, Reginaldus, Azor, Navarrus, & alii docent, omnibus privari; quia Conc. Later. dicit generaliter, omittentem Horas non facere fructus suos; & Pius V. sine ulla exceptione & distinctione statuit, ut omnes beneficiorum suorum fructus amittat, ubi eodem modo de beneficiis sine curatis, sive simplicibus loquitur.

Non pauci tamen docent, teneri tantum ad partem fructuum respondentem officio omnino, spectata quantitate reddituum & onerum. Quia beneficium, cui alia onera annexa sunt, ut prædicatio, ministerio sacramentorum, celebratio Missæ &c. non solum propter Horas, sed etiam propter illa alia onera & ministeria institutum est, & datur. Ergo æquitas postulat, ut qui alia munera rite obit, non privetur stipendio iis debito. Cum enim imponatur obligatio restituendi, quia beneficium datur propter officium; quando aliquis præstat plura officia, & committit unum illorum, ut recitationem Horarum, sa-

tis est si restituat partem stipendii respondentem officio omnino. Dicunt autem Conc. Lateran. & Pium V. loqui de omnibus fructibus respondentibus Horis canonicis, non vero de illis datis ab alia ministeria, & intelligi debere pro materia subiecta; vel saltem ea decreta non fuisse recepta cum tanto rigore, sed cum hac moderatione, ut qui alia onera habent, quibus satisfecerint, possint fructus iis respondententes lucrari.

Respondet Suarez, licet beneficium datur propter plura officia, nihilominus legem potius punire commissionem unius officii privationem omnium fructuum etiam respondentium aliis servitibus; privatis autem ex verbis citatis constare. Alii docent ad securitatem conscientie petendam esse compositionem cum sacra Penitentiaria.

Quid si beneficium possidens nullos ex eo fructus percipiat?

Resp. 1. Tenetur Horas recitare in his casibus, 1. Si omnes fructus loco pensionis impendat ei, qui sibi resignavit: vel Sacerdoti substituto ad peragenda beneficii onera. Quia habet titulum & possessionem beneficii, cui annexa est obligatio personalis recitandi Horas; quod si non suatur fructibus, hoc est per accidens, & quia sic fructus componit. 2. Si iis privetur iuste, v. gr. quia non recidet, vel non dandum sacris initiatus est, vel ob aliquam culpam. Nam Ecclesia non debet privari suo debito servitio ob culpam, aut aliquem defectum ministerii, qui hæc fructuum privationem sibi imputare debet. 3. Si illi fructus aliquo casu perierint, v. gr. incendio, sterilitate, hostium spoliations &c. vel si hominum injuria pro aliquo tempore auferantur sine spe recuperandi. Quia cum beneficia instituta sunt, simul im-

(1) Communiorem hanc sententiam, ab Auctore propugnatam, tali confirmat argumentum Pagnanus (N. 7. & 8. Comm. in cap. 6. Censurante, tit. 4. de Cler. non resid. lib. 3. Decr.) Arctior est obligatio dicendi Officium, quam recitandi; sed exiguitas beneficii non excusat Beneficiarium a recitatione, iuxta cit. Decretal. Alexandri III. ergo multo minus ab Horis dicendis. Etiam autem monet, allegacionem tenuitatis beneficii lucrare quidem posse tempore collationis, sed post collationem non censeri juridicam; itaque Beneficiarium ejusmodi deberet sibi alimendi parare congruum viduum, juxta modum a Sacris Canonibus (2. p. 1. Decret. dist. 91) prenotatum. A prædicta sententia aliquatenus ascendunt quædamque cum Socio ajunt, immo non esse ab obligatione saltem quotidie recitandi Officii Beneficiarium illum, qui ex beneficio recipiat quid minus tertia parte sustentationis: Homo in tali usu vult, hanc esse locorum consuetudinem legitime introductæ. Porro iis, quæ de tenuitate beneficii nunc Auctor proculit, porrimus Lectores exemplo conjungere reliqua, quæ ab eodem in fine præsentis qu. 3. traduntur de beneficiario nullos ex beneficio fructus percipiente.

(2) Quæstio instituitur de beneficio, quod secundum se, non per accidens, completitur plura diversa onera; cuiusmodi est beneficium Curatum, a quo indivisibiles obligationes recitandi Officium, concionandi, administrandi Sacramenta &c. Tum sup-

ponit ex. ca. Parochum aliquo die festo strenue furtum singulis mandis, dempta sola recitatione Horarum Canoniarum, quas possidet absolute perolvere, si voluisset. His prænotatis dubium in eo versatur, utrum idem Parochus, qui quotidie ex proprio beneficio proveniunt, v. gr. vicia scaturata institutione fructuum perceptorem faciendos ad unicum illum onerum Officii debet perdere integrum stipendium illius diei, vel partem tantam stipendii, hoc est, vicia scaturata, vel unum tantummodo. Qui in tali eventus portione integram Parochi admittunt, sunt certe & nulli, & gravi quæ Canonice, quæ Theologi: ut, præter nominatos ab Auctore, Valentia, Navarrus, Garcia, Malderus, Haberius, Coletus &c. eorumque sententia videtur Electio iuri conformator, est contraria aliorum DD. fit etiam die in choro absentem, & vsu recepta. Diffidendum tamen, quoad proximum, ferme est, vanescit. Si quidem recentiores saltem sententia priorum patroni haud gravate præc. Constitutionem S. Pii V. si ejus mens fuit prescribere restitutionem omnium fructuum in prædicto casu usque ad hunc apicem non amplius vim obtinere. Itaque concludendum videtur, restituendum fructuum portione pro omnino culpabiliter officio esse mensurandum arbitrio prudentium, secundum quantitatem, & qualitatem reliquorum diversorum onerum Beneficiario incumbendum.

imposita est perpetua obligatio officii, licet fieri nequeat, quin aliqui ejusmodi casus decursu temporis accidant. Qui autem beneficium semel acceptat, fit ut omnia jura & emolumenta percipit, ita suscipit in se pericula, & cum periculis se obligat ad ejus onera, idque ex pacto tacito inter ipsum & Ecclesiam. Adde quod superiorum vel sequentium annorum provenitus talem futuram fati compensare possunt. 4. Quando incensæ fabricæ, vel antiqui beneficii canonici: tum quia cum his conditionibus sponte suscipit beneficium: tum quia per applicationem fructuum fabricæ, ipse liberatur in posterum onere solvendi pro fabrica, & si applicentur canonici, ipse tunc obtinet jus & spem dem percipiendi ab aliis, & suo tempore eadem commoda percipere sit. Nec refert quod prius morti potest aut cedere beneficio, quia hoc se habet per accidens.

Resp. 2. Si absque sua culpa nullos fructus percipiat, nec fit spes eos postea percipiendi, ut cum fructus beneficii ab hæreticis occupatur, iuxta multos non obligatur ad Horas ratione hujus beneficii. Quia non est mens Ecclesie ut teneatur ad hoc onus, cum stipendium non habeat, & censetur amissæ facultatem unquam percipiendi. Quod si partem fructuum, aut distributiones recipiat, ad officium totum teneatur, aut officium insufficientem habet. At si fit spes percipiendi aliquando fructus, teneatur: tum quia hæc spes ad pretio estimabilis, & beneficium pacifice possidendum cum tali spe est sufficiens ratio obligandi, & interim grandis honore & privilegio: tum quia teneatur si casu fortuito, ut propter sterilitatem, furtum, & similia, aliquibus annis non recipere fructus.

Quæst. IV. Ad quid insuper tenentur Beneficiarii choro additi? (1)

Resp. 1. Tenentur choro interesse tempore divini officii, ita ut si sine legitima causa ab eo absent ul-

tra tempus sibi a iure concessum, peccent mortaliter, & teneantur ad restitutionem. Prob. 1. Ex can. 3. dist. 91. Clericus, qui absque consensu sui inæqualitate vigiliis desit, stipendium privatus excommunicatur. Et ex tit. de Cler. non resident. Et ex Conc. Trid. sess. 24. c. 2. ibi: Obtinentibus in cathedralibus aut collegiatis dignitates, canonicatus, prebendas aut portiones, non liceat vigore cuiuslibet statuti, aut consuetudinis ultra tres menses ab eisdem Ecclesiis quolibet anno abesse. Salvis nihilominus eorum Ecclesiarum consuetudinibus, qua longius servitii tempus requiritur &c. Et ex multis Conciliis provincialibus. 2. Quia ex officio tenentur in choro horas omnes recitare, & propter hanc recitationem publicam in choro stipendium accipiunt, ad hoc enim instituta sunt illa beneficia. Quare facta Cardinal. Congreg. die 20. Aprilis 1702. declaravit, Canonicos qui non recitant in choro, non satisfacere obligationi suæ. Tenentur autem omnibus & singulis Horis interesse: nam tenentur officium integrum sollemniter persolvere, & non tantum partem officii. Unde Concil. Gener. Later. IV. c. 12. præcipit clericis, choro præsertim assistentibus, & Canonicis in virtute obedientia, ut divinum officium noturnum pariter & diurnum, quantum eis Deus dederit, fastidiosè celebrare pariter & devote.

Quanta autem ad mortale requiratur absentia a choro ultra duos aut tres menses juxta cuiusque Ecclesie consuetudinem, sive ex consuetudine, sive ex contractibus, sive ex interruptis diebus componatur, controvertitur. Suarez excusat solum a mortali absentiam unius diei. (2)

Excusantur tamen a presentia chori & recitatione, absenteque iure percipiunt fructuum beneficiorum Canonici studentes Theologiae per annos 5. vel decem, Theologiam toto tempore quo docent cap. ult. de Magis. Item duo Canonici qui sunt in obsequio Episcopi ad Ecclesie utilitatem, c. 15. de cler. non resid. & qui sunt in obsequio Papæ ad eundem finem, c. 14. eod. tit.

Nota. (3) Qui etiam ex legitima causa a choro ab-

(1) De choralis recitatione Officii sæpius diseruit Bened. XIV. nimirum in Prolixâ Initit. Eccl. 107. 13. de Syn. c. 9. n. 11. & seq. in Litteris, sub die 19. Jan. an. 1747. Præclara decora, §. 9. & seq. demum in Constitutione, posteriori ex parte jam transmissa versus finem præsentis 4. 4.

(2) Habertus, Coletus, & alii castigati T. T. non audent vocem pronuntiare lethalis peccati Beneficiarium una & altera etiam die in choro absentem, quia scilicet talis omisso non videtur esse gravis, & confessorum cum diligentia, que reliquis integri anni diebus chorum frequentat. Ceterum fatetur nonnulli, ubi de Beneficiario agitur, ex cuius absentia grave damnum laicit Ecclesie, ita scilicet, ut ipse deficiente, Officium Divinum vel penitus omittatur, vel minus apte persolvatur.

(3) De hac materia legendus Bened. XIV. (Instit. eccl. 107. §. 7. usq. ad 11. item de Syn. lib. 4. c. 4. 1. & lib. 3. c. 4. n. 2.) necnon Covarruvias, qui peccatum disquisivit (var. resol. lib. 3. c. 13.) Quid-

nam consuetudo possit circa fructus beneficiorum absentibus conferendis. Est hic potissime attendenda vulgata distinctio fructuum beneficiorum. Quædam nimirum consunt sunt, ut ex titulo canonico ac legitime beneficium habentis componant, alii vero distributiones quadam volunt diurnum & horarium stipendium distributionum illi, qui quotidianam ministerio in celebrando Officio Divino subservunt Ecclesie. Illi plerumque vocantur simpliciter fructus, ipsi distributiones. Origo distributionum caput ab Ivone Carnotenſi Episcopo, qui initio sæculi XII. extempore diem clausit; sic enim ipse scribit (Ep. 219.) Cum in quamplicitis Canonicoium Carnolesium defuisset disciplina regularis observantia, ut de negligentibus facerem diligentes, de tardis assiduos ad frequentandas horas Canonicas, deliberaui apud me, ut darem eis dimidium Præposituram, in inde ferre quotidianum panis, quem acciperet assidui, amitterent tardus: ut quos panis interni dulcedo non movebat, panis corpori refectio provocaret, quavis eorum unius præbenda ad hoc sufficiens esse deberet. Quod quidem institutum paulatim ad alias

absum, non lucratur distributiones quotidianas, & receptas tenentur restituere, non obstante remissione, ex c. 32. de prebend. & ex Concil. Trid. sess. 24. c. 12. ibi: Distributiones, qui satis horis interfuerint, recipiant: reliqui, quavis collusione aut remissione exclusi, his careant, juxta Bonifacii VII.

Ecclesias deinceps permeavit, ita ut tandem Pontifici jure concessit, & confirmata fuerint distributiones, quales juxta decretum praesertim Tridentinae Synodi (sess. 22. de reform. cap. 3.) nunc obtinent.

Siquidem vero ex dictis quotidianas distributiones sunt redditus veluti casuales & incerti, nec assident ad corpus Prebenda, ideo juxta Sacros Canones venire non solent appellatione fructuum beneficii, teste Flicanus (Com. in c. 23. Licet vobis, tit. 5. de Prebend. l. 3. Decr.) Unde protelocum, absentia Beneficiorum concessio de fructibus integris percipiendis ordinari non extenditur ad quotidianas distributiones. Et ideo ex Bened. XIV. (Inst. Eccl. 608. & de Syn. l. 5. c. 2. v. 5.) quoties juxta decretum Trid. Conc. jure percipiendi fructus privantur, qui Parochia, Canonici, aut alia dignitate praediti non consistunt statim tempore professionis fidei, in non consentur amittere distributiones chorales pro Horis, quibus interfuerint. Observat tamen Fagn. (Com. in c. 7. De cetero, tit. 3. de Cler. non resid. l. 4. Decr.) Canonici, aliosque Beneficarios, absentes a propriis Ecclesiis pro servitio Episcopi, percipere posse distributiones quotidianas, si in eisdem Ecclesiis non sint Prebendae distinctae, nec fructus ut a sunt grossi; sed omnes redditus consistant in distributionibus. Etenim in tali casu distributiones succedunt in locum Prebendarum, & fructuum, ut ipse ibidem probat variis Sac. Congress. declarationibus. Immo etiam extra praedictum casum, teste Bened. XIV. (l. 13. de Syn. c. 6. n. 2.) juxta celeberrimum Episc. V. Conf. Romanus, si quis de gratia Capituli, seu alia dignitate aut beneficio praeditus, loco proprii Episcopi visitet limina SS. Apost. Petri, & Pauli, donec hujusce rei gratia abfuerit, Canonici seu Beneficij fructus, & distributiones lucratur, perinde ac si Divinis Officiis, & Choro interfisset. Similiter ex eod. Bened. XIV. (Inst. Eccl. 704. 9.) Sac. Congress. sapienter edixit, deberi praeter fructus Prebendae distributiones quotidianas Canonico, aliosque Choro addidit, pro eo tempore, quod vere pro negotiis Capituli absumt. Paucis juxta Franciscum Gasparum (par. v. Inst. Can. tit. 9. cap. unic.) quinque universim sunt causae, ratione quarum etiam non interessentes distributiones quotidianas lucrantur. 1. Infirmas. 2. Juxta corporalis necessitas. 3. Evidens Ecclesiae utilitas vel propria, vel universalis. 4. Quando in aliqua Ecclesia fructus integri Praebendarum consistunt in distributionibus. 5. Privilegium a Pontifice concessum. Jam distribuiti quis animo perpendens, quae de origine distributionum choraliu initio attulimus ex Joane Carnegio. Nimis, si Canonici aliosque Beneficarii panis corporis refectioe provocantur ad frequentantia, & obcedunt Divina officia, nomine simoniacae lae sedantur? Responsum ex Hostiensis ad d. Fasganus (n. 42. & seq. Com. inc. 16. O-

Decretum, quod incipit: Consuetudinem &c. In quo excipiuntur solum ii, quos infirmitas, seu iusta, & rationabilis corporalis necessitas, aut evidens Ecclesiae utilitas excusaret. Hinc punctator, cui ex officio incumbit notare abentes a choro, tenetur ad restitutionem, si eos non notet, quia causa est quod sol-

lim tibi, tit. ult. Decr.) Interessentes pro donario, qui non intererint pro Deo, non committere quidem simoniam veram, cum nulla pacto, nulla conditio expressa intercedat tamen gravior peccare, & committere simoniam mentalem, pro qua iustific sine dispensatione aliqua, per solam poenitentiam suo satisfacere Creatori; ut legitur in cap. Tua nos, & cap. fin. de Simonia. De ipsi Clerici, qui scilicet distributiones recipiunt tanquam fructum unicum, seu principalem operis, intelligendum est Bonav. (Expos. in Lam. Jerem. c. 2.) ubi ait: Vita Clericorum dissipatur quasi horrus, dum in rebus spiritualibus vita carnalis quaerunt, sicut isti illis patet, qui nunquam veniunt ad Ecclesiam, nisi quando distributiones dantur, scilicet bibo non venio ad Ecclesiam, nisi propter oleum. Ceterum distributiones recipi posse citra mentalis etiam simoniae reatum, colligitur ex hac aita doctrina Seraphici (in 2. Sent. dist. 38. art. 2. q. 3.) Cum quis vadit ad Ecclesiam ad percipiendas distributiones, hoc potest facere tripliciter. Aut ita, quod principaliter intendit gloriam Dei; & simul intendit obtinere pecuniam, ut pauperibus distribuat, vel in alios usus licitos ad honorem Dei convertat. Alio modo potest alius ire ad Ecclesiam intendens Deo placere, & simul cum hoc pecuniam acquirere: ita tamen, quod eius acquisitionem ad Deum non refert: nec tamen ipsam pecuniam statim finem principalem, pro eo quod ipsam non diligit propter se. Tertio modo vadit quis ad Ecclesiam duplicata intentione, ita ut quod vult Deo placere, & vult obtinere pecuniam, quam sicut avans appetit acquirere, ut possit thesaurum suum ampliari, & in eo delectari propter se. Primo modo statumque diversis finem est bonum & meritorium, & pertinet ab bonis voluntatibus. Secundo modo non est bonae voluntatis loquendo formaliter; at tamen non sic repugnat, quam postum cum ea stare: etenim ubi peccatum veniale, non mortale. Et hoc vult dicere Augustinus, cum ait: minus te amat, qui tecum aliquid amat, quam non propter te amat. Tertio modo est contra bonum voluntatem. Talis enim vult duobus dominis servire: & hoc est impossibile. Et talis est voluntas hypochritarum: quibus vae damnationis aeternae comminatur Scriptura; pro eo quod terram ingreditur duabus villis. De his & similibus materis periculo simoniae facile abnoxio, varius idem Seraphicus verba facit (in 4. Sent. dist. 25. art. 1. q. 4. in resp. ad reg. & de paupere Christi, art. 2. ad obj. 17.) item Angelicus (quod. 8. art. 11. argue 2. q. 100. art. 1. ad 4.) Concludamus cum Bened. XIV. (Inst. Eccl. 107. §. 7.) Jus emolumentum distributionum ratio non debet potissimum ad Chorum perducere; sed pietatis studium, ut obsequium Deo praestetur, ipsiusque laudes decauteur. Qui solum utilitate distributionum traheretur, simoniae labem contraheret.

solvantur distributiones iis quibus non debentur cum domo eorum, quibus jure debentur, quibus proinde tenetur restituere de suo. Idem est de distributore, si distributiones solvat iis, quibus non debentur, hoc est, iis qui absumt non ob infirmitatem aut necessitatem corporalem, vel in evidentem utilitatem Ecclesiae, seu ex alia causa licet iusta; nam si privat alios, quibus jure debentur. Ex Decr. Conc. Trid. sess. 22. c. 1. Distributiones illic saltem, quae ab Episcopis post tale decretum institute sunt ex fructibus beneficii, applicari debent fabricae quantum indigeat, aut alteri pro loco, arbitrio Ordinarii.

Porro cecus habens prebendam tenetur choro interesse, & audire alios canentes, & recitare quantum ipse potest & recordatur; nam ad id tenetur ex vi beneficii cum prebenda. Cur enim excusetur? Ita Suarez. Fillius.

Resp. 2. Idem tenentur jure communi canere in choro, & alta voce recitare officium secundum Ecclesiae suae usum, ex c. 9. dist. 92. Quilibet Clericus Ecclesiae deputatus, vel ad quotidianum psallendum officium matutinum vel vespertinum horis ad Ecclesiam non carens, deponatur a clero. Et ex Concil. Trid. sess. 24. c. 12. Omnes dicina per se, & non per substitutos compellantur obire officia... atque in choro ad psallendum insistere, hymnis & canticis Dei nomen reverent, distincte, devotisque laudare. Item ex variis Conciliis. Nam ad officium talium beneficiorum publica canonicarum precum decantatio pertinet, cum ad eam infirmitas sint illa beneficia; & respia reditus est specialiter dantur ut choro interserviat. Nec distributiones constitutae sunt ob nudam praesentiam, sed ut cum aliis psallant, & officium decantent. Quare non satisfaciunt privatim in choro Horas recitando, nec lucratur distributiones quae debentur solis choro interfuerintibus: nam quod datur ob causam obligantem, causa non secuta, non debetur, sed restitui debet.

Existat hac de re Bened. XIV. Constit. ad Universos Italiae Patriarchas, Archiepiscopos, ac locorum Ordinarios, cujus initium est: Cum semper, tom. 2. Bullarii pag. 366. in qua §. 24. sequentia leguntur.

Equidem scimus in aliquibus Metropolitanis, & Cathedralibus Ecclesiis, inter Canonicos tam opinionem invaluisse, ut se minus suum satis implerent teneri privatim horas recitare; nam generalis est lex recitandi horas, cum non satisfaciat, qui tantum alios recitantes audit; item tenentur choro interesse, tempore officii cum devotione & attentione: quod si domi horas persolverint, attendere more orantium, aliqui vana nec religiosa esset illorum praesentia.

Quaest. V. An Beneficarii omnes tenentur partem fructuum beneficii, honeste sustentationi superfluum, impendere in pauperes vel alios pius usus? (1).

Resp. (1) Hic jam Auctor ingreditur amplissimam, si minus implicatam dispensationem de pecullo Clericorum, quae multas ac varias quaestiones suo comprehendit. Deimque plura sparsim profert, quibus nec pauci, nec ignobiles DD. acriter refragantur. Non it ego sum, qui possim, veritate certo commistrata, gliscem dispensationem compescere. Sileo peritus, quousque Lectores attente lapsaverint integrum

nis, & Cantici Dei nomen reverent, distincte, devotisque laudare, quomodo pater omnia sint Capitula, in quibus eo modo a Universis in choro assistit, ideoque receptae in generali Ecclesia discipline paucos illos advesari dignoscatur; quum ipsuper opinio illa nunquam in Cong. Conc. Trid. Interpretationi praeposita, examinata sit, quin statim explosa fuerit, & improbat: quamvis praesumptis consuetudinibus, aliosque fundamentis, & rationibus iuncta perhiberetur, canonicis etiam Ecclesiarum Patriarchalium hujus aetate fere super hoc instantibus; quum denique idem iudicium prolatum reperitur a pluribus conciliis Provincialibus, ab hac etiam Apostolica Sede approbatis, & confirmatis: nihil jam reliquum esse videtur, quominus pauciores universorum legere se accommodent. Equidem minime nobis contemptum est, quod peculiariter titulo fassali periculum habeant unius, vel alterius Ecclesiae canonici, & numerus flos satisfacere per simplicem in choro assentiam, absque Divina Placitudo cantu. Verum, nisi illis praesertim flos Apostolicum non praesumptum vel abrogatum, sed legitimum, ac vigens Privilegium, sive Indultum, jure ac merito vaudendum est, non isti, dum ita se gerunt, Praebendam, ac distributionum fructus minime suos faciant; & consequenter ad eorum restitutionem tenentur.

Porro pars chori, quae tacet, tenetur attendere ad ea quae canit alter, nam tenetur ad totum officium moraliter concurrere; & totum facere suum. Alias non censetur moraliter praesens tunc officio, nam is non dicitur praesens alicui rei, qui ad aliud attendit, ex l. Coram §. de verb. signif. Nec satisfaciunt praesentem, & privatim recitat partem alterius chori, & postea voluntarie distrahitur; nam non satisfaciunt toti officio publico chori, non enim communicant in parte officii quam non recitat, nisi ad eam attendendo. Unde in solemnibus Missis omnes tenentur audire attentè Evangelium, Epistolam, & alia quae ab uno decantantur.

Contra veritatem a legitima flos consuetudo, quae in quibusdam locis Canonici totum quod psallendum seu canendum imponit vicariis vel canonicis conductis, ipsi vero certis temporibus adfunt. Certum est tales saltem teneri privatim horas recitare; nam generalis est lex recitandi horas, cum non satisfaciat, qui tantum alios recitantes audit; item tenentur choro interesse, tempore officii cum devotione & attentione: quod si domi horas persolverint, attendere more orantium, aliqui vana nec religiosa esset illorum praesentia.

Quaest. V. An Beneficarii omnes tenentur partem fructuum beneficii, honeste sustentationi superfluum, impendere in pauperes vel alios pius usus? (1).

Resp. Auctoris textum, qui duabus istis q. 5. & 6. continetur. Postea calci q. 6. nonnulla addidit, quae consentant ad plenorem, & miodiorem disputationis gravissimè intelligentiam: ac praeterea inserunt ad temperandum rigorem recentiorum Scripturum, qui in hac materia interpretanda ultra metan excurrere videntur.

Resp. Secundum omnes ad id sub morali tenetur. Et quidem, paucis exceptis, etiam jure naturali, ita ut consuetudo in contrarium excusare non possit, sed omnes pene Canonice (at offende Navarrus) & pluri, ne dicam plerique Theologi, tenentur cum Richard. s. Bonav. S. Raymond. S. Antonino, multisque recentioribus Turrian. Comitol. Laym. Gornaz. &c. docent, ad id terti non solum ex caritate & religione, sed etiam ex iustitia, ita ut si superflua omnia non impenderent in usus pios, tenentur ad restituendum pauperibus, vel aliis piis causis, idque non habere dominium omnium fructuum beneficii absolutum & liberum, sed gravatum onere iustitiae superflua impendi in pios usus.

Prob. 1. Ex Patribus, & Conciliis. S. Ambros. ep. 31. ad Valent. Nihil Ecclesia sibi nisi fidem possidet. Hoc reditus probet, hoc fructus. Possessio Ecclesiae sumptus est equorum. S. Hieron. in can. Quoniam. 16. q. 2. *Quidquid habent Clerici, pauperum est.* S. August. in can. Si privatum. 12. q. 1. Non illa nostra sunt, sed pauperum, quorum procuratio quodammodo gerimus, non proprietatem nobis usurpatione damnaliter vindicamus. S. Greg. lib. 5. epist. 35. ait, Patrimonium Ecclesiae Romanae esse res pauperum, Et lib. 12. epist. 23. ad Julian. de fe re ut possidente bona Ecclesiae ait: *Quem constat non res suas, sed ad dispensandum res pauperum habere. dispensatoris locum in rebus, sicut scitis, pauperum tenemus.* S. Bernard. epist. 2. ad Falcon. *Quod praece necessarium videtur ac simplicem vestitum de altari vestire, tuum non est, rapina est, sacrilegium est.* Ita alii Patres. Adde can. Ret Ecclesiae. 12. q. 2. Conc. Gener. Nic. II. c. 12. *Omnia Ecclesiastica rerum Episcopus sollicitudinem habeat, & dispenset eas tanquam Deo contemplante. Non licet autem ei fraudare quidquam esse illis, vel cognatis propriis donare qua Dei sunt.* *Quod si pauperes fuerint, ut pauperibus largiatur.*

Conc. Gener. VIII. c. 17. *deceat Ecclesiasticos redditus ad ministrum sustentationem, & obsequium pauperum, & peregrinorum sustentationem esse.* Conc. Gener. Later. III. c. 19. dicitur *Ecclesiarum bona & clericorum, & pauperum Christi usus deputata esse.* Gregor. IX. c. 16. de foro comper. ait: *Cum valde sit iniquum ea, quae collata sunt pro remedio peccatorum, Ecclesiae vel relictis, aut eis iugiter modis aliis acquisita, aliis usus applicari.* Conc. Turon. ann. 813. c. 10. *Rebus Ecclesiae ita utantur, non ut propriis, sed ut sibi ad dispensandum commisis.* Ita loquuntur multa alia Concilia. Unde Conc. Paris. 829. adductis multis canonibus, & textibus Patrum, ait cap. 17. *Sicut igitur praemissa documenta declarant, non sunt res Ecclesiae, ut propria, sed ut Dominica, & a Domino commendata tractandae.* Adde S. Tho. qu. 2. r. 100. art. 1. ad 7. ait: *Quamvis res Ecclesiae sint Papae ut principalis dispensatoris, non tamen eius ut domini & possessoris.* Et q. 119. art. 3. ad v. *Clerici sunt dispensatores bonorum Ecclesiae, quae sunt pauperum, quos deserviant prodige expendendo.*

Dicas. Patres docent superflua divinum, etiam laicorum, esse pauperum, & tamen divites non tenentur ex iustitia fructe dicta dare superflua sua pauperibus, ita ut si omittant, obligentur ad restitutionem. Ergo similiter cum Patres dicunt bona Eccle-

siae esse pauperum, esse dona Dei, non intendunt significare obligationem iustitiae dandi bona ecclesiastica superflua pauperibus vel piis operibus.

Resp. Neg. confert. Quia 1. Textus Patrum intelligi debent pro subiecta materia. Bona autem Ecclesiastica, utpote bona Deo dicata, & in solus pios usus donata, diversae sunt moraliter naturae, & obligationis ab aliis bonis. Et vero etiam illi essent pauperes, nihilominus secundum omnes bona superflua beneficiorum in alios usus pios impendi deberent, quamvis in hoc casu laici sua superflua sibi retinere, vel consanguineis donare possent; quia nempe bona superflua beneficiorum sunt bona Dei, & bona dicata, & donata in usus pios. 2. Concilia in suis canonibus proprie & accurate loqui solent, & tamen non aliter in praesenti materia loquuntur atque Patres. 3. Obligatio impendi in usus pios bona superflua beneficiorum, quam Patres & Concilia agnoscunt & tradunt, est omnino distincta a praecipuo caritatis, & ab obligatione, quam habent beneficiarii circa bona patrimonialia superflua: nam haec obligatio est specialis beneficiaris circa bona ecclesiastica superflua, & illa sola bona spectat.

Nec dicas, Patres & canones loqui de bonis immobilibus; nam aperte loquuntur de bonis, quae ad sustentandos ministros Ecclesiae, & alendos pauperes impendi debent. Constat autem nunquam ministris licuisse bona immobilia consumere in suos vel pauperum usus.

Prob. 2. Quia bona Ecclesiae sunt ei donata a fidelibus ac intentione, & cum onere ac pacto saltem implicito seu tacito, ut impenderent in cultum divinum, & alios pios usus, scilicet in sustentationem ministrorum Ecclesiae, & pauperum, in fabricam, ornamenta Templi &c. quatenus haec bona donata sunt in cultum divinum, idque in usus pios Deo gratos. Nam 1. A Patribus & Conciliis bene dicitur dicuntur vota fidelium, & usus pios ipsi ratos. Item Ecclesiae Praelati dicuntur economi, & dispensatores, non absoluti domini bonorum Ecclesiae. 2. Fideles bona sua donando Ecclesiae volebant operari salutares, meritorium, & Deo gratum facere, & illa Deo consecrare: quod non desissent quoad partem superfluum bonorum, si non defissent cum onere & pacto, saltem implicito seu tacito, ut in usus pios & gratos omnia impenderentur: nam non est opus pium dare ministris Ecclesiae bona illorum sustentationi superflua, ut de eis faciant quod libuerit, & possint ea in usus profanos impendere. 3. Haec intentio fidelium satis constat ex Patribus & Conciliis. S. Ambros. lib. 2. de offic. c. 20. dicit, fideles Ecclesiae ministris probis sua obtulisse, ut per eos ad pauperes perveniret. *Quomodoque* (inquit) *bonum operarium videt, illi confert quod ille suo officio dispenseret, securus quod ad pauperem sua perveniat misericordia.* Nemo enim vult, nisi pauperi proficere suam collationem. S. Th. in epist. 2. ad Cor. c. 12. lect. 5. ait, quod Principes & alii bona Ecclesiae non dederunt Praelatis propter se, sed propter pauperes: & ideo non dederunt eis, sed pauperibus. Praelatis autem dantur tanquam pauperum dispensatoribus. Conc. Gener. Later. II. cap. 10. ait: *Decimas Ecclesiarum, quas in usus pietatis concessas esse canonice demonstrat auctoritas, a laicis*

eis possideri prohibemus. Conc. Aquilegan. an. 816. c. 18. *Res Ecclesiae, sicut a SS. Patribus traduntur, & in superioribus capitulis continentur, vota sunt fidelium, pretia peccatorum, & patrimonialia pauperum: fideles namque Christi amore succenti, ob amorem suarum venientium, caelestis patriae desiderium, suis propriis facultatibus sanctam locustem fecerunt Ecclesiam: ut his & militis Christi alerentur, & Ecclesiae exornarentur, pauperes recrearentur, & capivi redirentur. Quapropter vigilanti ac solerti cura providendum est his, qui ejus facultates administrant, ne eas in suos solummodo usus convertant, sed magis iuxta possibilitatem rerum, Christo famulanti, & vestitum, curam gerere penitus non negligant.* Conc. Valent. an. 855. c. 22. *Quia cum ipse res Ecclesiae 2 piii & fidelibus Deo ablatae, iuxta antiquorum Patrum sententiam, nihil sint aliud, nisi vota fidelium, patrimonium pauperum, redemptio peccatorum: si eas fideliter & integre ecclesiasticis usus non impendimus, & in eos qui obstruimus, & in Deum cui ablatae sunt, gravissimo nos veritas implicamus.* Conc. Tribur. c. 13. *Ido dandae (sunt decimae) ut Deus placeat, & ministris Ecclesiae literales fiant ad spiritualiter servitii explicationem, necnon secundum statuta canonum in sustentationem pauperum, & reparationem Ecclesiarum praesentium.* Omitto multa alia Concilia idem declarantia.

Neque dicas ante erectionem beneficiorum, quae octavo vel nono saeculo accidit, fuisse quidam obligationem iustitiae impendi superflua in usus pios; sed postea Ecclesiam insitendo beneficia, dominium eorum redditum absolutum ac liberum transiisse in beneficiarios, cum sola obligatio caritatis vel religionis impendi superflua in usus pios.

Nam contra est, 1. Bona Ecclesiae post erectionem beneficiorum non amiserunt naturam & conditionem boni mere ecclesiastici & Deo dicati, idque in usus pios impendi. Nam bona ecclesiastica sunt bona specialiter in Dei cultum donata, & in opera Deo data dicata, & sic ab Ecclesia acceptata. 2. Cum data sint a fidelibus solum in Dei cultum & pios usus, imposita est obligatio perpetua iustitiae ea sic impendi. 3. Posteriora Concilia de illis bonis loquuntur sicut priora, & dicunt ea esse bona Dei impendenda in usus pios. Nam Leo X. c. 1. approbante Conc. Later. V. dicitur, *ut Cardinalis Ecclesiarum bona temere non ejundant, sed ea in pios & sanctis operibus exponant, quorum causa magni, & optimi redditus per sanctos Patres statuti, & ordinati fuerunt, scilicet secundum naturam, & donationem illorum bonorum.* Conc. Trid. sess. 25. c. 2. ait, *Omnia eis (Episcopis) interdicit, ne ex redditibus Ecclesiae consanguineis, familiaribus suis augere studeant, cum & Apostolorum Canonem prohibent, ne res ecclesiasticas, quae Dei sunt, consanguineis donent; sed si pauperes sint, illi ut pauperibus distribuant. Quae vero de Episcopis dicta sunt, eadem non solum in quibuscumque Beneficia ecclesiastica tam secularia, quam regularia obtinentibus observari, sed & ad S. Romanae Ecclesiae Cardinales pertinere decernit.* Conc. Mediol. I. sub S. Carolo, tit. 63. *Et sacrorum canonum decretis statutum est, & SS. Patrum testimoniiis celebratum, quae bona fidelium pietatis*

Deo consecravit, ea vel illorum necessitatibus honeste sublevantur, qui Christi ministri effecti essent: ut Ecclesiae restituantur, tanquam ornamentis ad divinum cultum necessariis comparantur, vel pauperibus sustentandis addita esse, sicut ubi primum Ecclesiae bona esse coeperunt, eam naturam & conditionem consecuta sunt, ut in alium quam in sacrum & pium usum eorum fructus converti nefas esset. Conc. Rotomag. anni 1281. de Monach. ait: *Ne existimant commendatarii sibi commendatum monasterium regimen ad lucrum vel prodigalitatem, aut ad augendam rem suam, & consanguineorum familiarum, sed ad piam & iustam alienationem rerum dispensationem, & quarum non habent proprietatem, Deoque de omnibus reddendam rationem.* Idem habet Conc. Aqueense anni 1285. Et Concil. Burdigal. anno 1283. tit. 26. ait, *redditus Ecclesiae esse Dei proprios.* Et tit. 26. *Pecunia Christi sunt bona Ecclesiae Episcopis, Sacerdotibus, & Clericis, cum ad honestum vitae eorum subsidium & spirituales sumptus ministerii, tum ad pauperum alientum, autque sustentationem tractata.* Ex Conc. Rhemensis anni 1283. c. 18. ait: *Si deinceps quisquam Ecclesiae bona, quibus pauperi alii oportuit, in ejusmodi usus profuse convertit, & qui quibus fecit, rem pauperum male partem vacillare, & qui sacrum vestitum esse, tanquam sacri patrimonii dissipator graviter puniri esse oportet.* His addo S. Bernard. qui ferm. 78. in Cant. dicit: *Terminat Clerici, imitant ministri Ecclesiae, qui in terris Sanctorum quies possident, tam iniqua gerunt, ut stipendii quae sufficere debent minime contenti, superflua quibus ejus sustentandi fuerint, impie facillimeque sibi retineant, & in usus superbiae atque luxuriae vestium pauperum consumere non verentur, duplici profecto iniquitate peccantes, quod & aliena diripiunt, & sacris in suis vanitatibus & stultitudinibus abutuntur.* Praeterea olim quarta pars reddituum Ecclesiae in illorum divitione pauperibus assignata fuit: nunc vero est permixta cum redditibus beneficiorum; nam nullibi separata reperitur.

Dixi, cum onere & pacto saltem implicito, quatenus fideles sua bona Ecclesiae donabant ad Dei cultum & animarum salutem, idque cum onere ut ea in usus pios ac Deo gratos impenderentur.

Obj. 2. Conc. Trid. sess. 25. c. 3. dicitur, ut beneficiarii, qui servitium debitum in Ecclesia quilibet die statuto onerentur, non acquirant dominium distributionum. Et Pius V. declarat, non recitari officium non facere fructus suos. Ergo beneficiarii, qui recte suo officio funguntur, acquirunt dominium fructuum.

Resp. Acquirunt redditum dominium, vel redditum & gravatum onere iustitiae impendi superflua in usus pios, non autem absolutum & liberum. Sic si darent alteri centum aureos ad peregrinationem cum onere erogandi id quod ultra necessarium sustentationem superflua, is acquirat dominium pecuniae, sed gravatum: idque tenetur ex iustitia superflua pauperibus erogare: & si non erogat, tenebitur ad restitutionem. Similiter beneficiarii possunt dici habere dominium fructuum beneficii, quia habent dominium parvi necessarii ad honestam sustentationem, & dispensationem superfluum in usus pios impenderentur, sed dominium illud est gravatum onere iustitiae impendi superflua in usus pios:

fus: sicut haeres habet dominium hereditatis cum onere iustitiae solvendi debita defuncti. Item qui bona fide pecuniam alienam suam permittit, sit dominus totius cumuli: fed cum onere iustitiae solvendi alienam suam permittit.

Obj. 1. Ex communi Theologorum sententia, clerici habent dominium absolutum ac liberum partis honorum, quae necessaria est ad suam sustentationem: ergo & bonorum superfluum.

Resp. Neg. conseq. Disparitas est quod bona ad congruum clericis sustentationem necessaria, et data sunt absolute, cum solo onere recte fungendi officio spirituali. Largitio quoque bonorum necessarium congrue sustentationi ministrandi Dei est pia impensa iam facta: pius est enim & gratum Deo sustentare ejus ministrum in ejus obsequio, sicut erogatio elemosinae necessariae sustentationi pauperis est pia impensa & bonum opus, quamvis pauper ille postea male uteretur hoc dono. At bona superflua clericis sustentationi non sunt data absolute, sed cum onere illi in pius usus impendendi: nam datio talium bonorum facta absolute & sine hoc onere non est pius usus, cum non sit opus pium & Deo gratum, dare alicui bona superflua, de quibus possit pro libito disporre in quovis usus, etiam vane. Bona autem omnia Ecclesiae sunt bona Deo consecrata, & data ea solum intentione, ut in pius usus impendatur.

Obj. 3. Fideles bona sua Ecclesiae Praelatis donant absolute & sine ullo onere.

Resp. Neg. Nam fideles bona sua Praelatis Ecclesiae donantur in cultum divinum, ideoque impendenda in solus usus pius, utpote solos Deo gratos. Fideles enim bona sua non donant Praelatis Ecclesiae, ut de illis disporre possent in usus profanos: alioquin non pium & Deo gratum opus fecissent, quod tamen solum facere intendebant: pium quippe opus non est, dare Praelatis bona superflua ad quovis usus etiam profanos. Quod si fideles hoc opus in pactum non deducant, ratio est, quia probe sciebant suam illam intentionem Praelatis illis factis non esse, & videbant bona omnia ecclesiastica in pius usus semper impendi. Hoc autem videntes, sua bona in tales usus impendenda donabant.

Obj. 4. Si ita est, Ecclesia non deberet tolerare consuetudinem in multis locis vigentem, qua beneficiarii de omnibus bonis suis restantur pro arbitrio, & quae consanguineis divites eorum bonis ab intestato succedant.

Resp. Neg. Quia 1. Ecclesia ad vitandas perturbations, & multas lites potest hujus obligationis observationem quaeque conscientie relinquere; & sufficit, ut c. 12. de testam. declarat: quod mobilia per Ecclesiam acquisita de iure in alios pro mortuis arbitrio transferre non possunt: cum jam id de immobilibus declarasset. 2. Cum nullus praesumendus sit malus, nisi probetur; non est censendus beneficiarius donare consanguineis, vel impendere in usus profanos partem piis causis ex iustitia debitam, sed tantum bona patrimonialia, vel donatione aut industria acquisita, vel suae sustentationi debita, quae parcius vivendo sibi relevavit. 3. Et si constet partem aliquam bonorum piis causis esse debitam ex iustitia, forum externum hoc tolerat ad impedienda mala mala, quae ex immeritis litibus orientur, ob facultatem discernendi superflua illa ab aliis

bonis: sicut non dat actionem circa venditionem injustam, dum lesio non excedit dimidiam partem iusti pretii. Et vero ex communi sententia mortuiter peccant beneficiarii, si restantur de superfluo ad usus non pius. Cur hoc Ecclesia tolerat? Cur talem dispositionem non irritat?

Ex didis sequitur laicos, qui sine testamento, sive ab intestato locentur bonis provenientibus ex beneficio, vel quia alias dono acceperunt, nisi sint pauperes, teneri in conscientia ad illa restituenda pauperibus loci beneficii, vel aliis piis causis. Nam restator vel donator non potuit ius in illa transferre ad usus profanos, cum ipse illud non haberet: nam non potest plus iuris transferre in alium, quam sibi competere dignificatur, reg. jur. 79. in 6. Nemo enim dat quod non habet. Item qui alia lucrati sunt aliquid notabile ex bonis illis superfluis, tenentur rem pauperum male partem restituere, ut statuit Conc. Rhem. anno 1583.

Nota 1. Ex didis saltem patet, beneficiarios teneri non solum ex caritate, sed etiam ex religione impendere bona superflua in usus pius, idque iure divino naturali; cum constat bona illa esse bona Deo dicata, & ad ejus cultum data: ideoque si aliter impendant, reos esse culpae mortalis & sacrilegii: ac proinde etiam non constaret peccate contra iustitiam, merito ipsis in satisfactionem imponitur obligatio tantumdem ex bonis patrimonialibus restituendi piis causis, quantum ex ecclesiasticis in usus profanos impendunt.

Nota 2. Clerici, qui pensionem clericalem accipiunt, tenentur quoque superflua in pia opera impendere. Quia accipiunt illa ut ministris Ecclesiae, & cum onere illis bonis affixo. Item commendatarii, cum habeant locum beneficii titularis in munere, iure & commodis, subeunt quoque eadem onera. Praeterea bona monasterii sunt bona Deo dicata: unde omnia ea natura sua, & ex vi donationis illorum debent impendi in pius usus. Religiosus vero habens beneficium extramonasterium non unitum monasterio, tenetur bona superflua impendere non in usum monasterii, sed in usus pius in loco sui beneficii, ut in subdium pauperum, in fabricam, & ornamenta templi parochiae: nam ex iure & ex institutione beneficii habet facultatem ac obligationem superflua in pauperes beneficii & alios pius usus ejus loci praeter ceteris impendendi. Quare illud, quicquid acquirit monachus, monasterio acquirit, non intelligitur de iis, quae ex beneficio acquirit, sed ex donatione vel propria industria.

Nota 3. Per congruum sustentationem intelligitur quicquid necessarium est ad victum, vestitum, & habitationem beneficiarii ac personarum ei necessarium, ad hospitalitatem exercendam, ad modicas aliquas donationes remuneratorias, uno verbo, ad honestam ac convenientem cuiusque vivendi rationem, ab omni luxu & intemperantia alienam secundum cuiusque statum, officium, dignitatem, ordinem, & qualitatem beneficii. Quae omnia estimari debent iudicio prudenti, & secundum consuetudinem piorum, ac timoratorum ejusdem conditionis, & sacros canones de vita & honestate clericorum, & regulam a Conc. Trid. sess. 25. cap. 18. traditam; videlicet, Ita mores suos componant, ut reliqui ab eis frugalitatis, modestiae, continentiae, ac sanctae humilitatis exempla petere possint. Quapropter non huiusmodi

iam potest, ut Episcopi molera suppellectilibus & mensa ac frugalitatis contenti sint, verum etiam in reliquis vix genere, ac tota ejus domo caveant, ne quid appareat, quod a sanctis hoc instituto sit alienum, quodque non simplicitatem, Dei zelum, ac vanitatum contemptum praeservat.

Nota 4. Nominis piorum operum intelligitur omnia opera misericordiae tum corporalia, tum spiritualia. Item omnia quae ad Dei cultum & animarum salutem spectant; nam bona illa donata sunt non solum ad subveniendum necessitati corporali sed etiam spirituali fidelium, & ad promovendum cultum divinum. Pauperes vero censentur ii, qui carere necessariis sive ad vitam, sive ad statum suum sustentandum secundum suam conditionem.

Porro locus beneficii, ceteris paribus, anteponeendus est ceteris; hinc si in illo fiat necessitates extremae vel graves, illis statim subvenire debet beneficiarius. Alias potest exteris optulari, modo communium necessitatem proprii loci non obliviscatur.

Sed an Clerici tenentur etiam sub mortali impendere in pius usus partem superfluum bonorum quae accipiunt ex ministerio spirituali, ut administratione Sacramentorum, concionibus, sacrificiis, fungendo vicariis temporalibus &c.

Resp. Non pauci afferunt cum Janoc. in cap. Quia nos, de testam. & Panorim. Quia 1. ex iure non possunt de illis testari sicut de patrimonialibus, c. 2. de testam. ibi: De his tamen quae consideratione Ecclesiae percipiunt, nullam de iure possunt facere testamentum. At talia sunt bona illa, quae titulo officii aut ordinis percipiuntur. 2. Ex Concilio Nannerensi, cap. 10. Presbyteri nonverint decimas & oblationes, quae a fidelibus accipiunt, pauperum & hospitium & peregrinorum esse stipendia, & non quas sibi, sed quasi commendati: uti: de quibus omnibus sciant se rationem posturos in conspectu Dei, nisi eas fideliter pauperibus, & his qui praemissi sunt, administraverint, damna passuros. Et Conc. Rhedon. an. 1274. cap. 12. Quidquid habent Clerici (scilicet ut Clerici) pauperum est. Idem habet S. August. sup. cit. 3. Ex S. Hieron. l. 14. in Ezech. ad cap. 46. Qui divitibus est Sacerdos quam venit ad Sacerdotium, quidquid plus habuerit, debet dare pauperibus... Ut reddat ea, quae Domini sunt, Domino suo. Et ex S. Bernard. epist. 1. ad Falcon. ubi generaliter ait: Quidquid praeter necessarium victum ac simplicem usum de altari retinet, tuum non est, rapina est, sacrilegium est. 4. Quia ejusmodi bona sunt bona Deo consecrata, utpote intuitu religionis & cultus divini, perinde ac bona beneficiorum data ad sustentationem ministrum, & alios pius usus. Nec fideles dant illam pecuniam ut mercedem operis, vel pretium laboris, (nam hoc esset simoniacum, cum opus & labor sint spiritualia) sed ut necessitatis & subventionis stipendium, inquit S. Thom. qu. 100. art. 2. ut scilicet Clerici habeant unde sustententur, & si quid superest, in pius usus impendant, & pau-

peres alant pro suo officio. Oblationes quae a populo Deo exhibentur ad Sacerdotes pertinent, non solum ut eas in usus suos convertant; verum etiam ut eas fideliter disparent, partim quidem expendendo eas in bis, quae pertinent ad cultum divinum, partim vero in bis, quae pertinent ad proprium usum, partim etiam in usus pauperum &c. ait S. Th. 2. 2. q. 86. art. 2. Et vero bona Ecclesiae, quae a Patribus dicuntur bona Dei, & in pius usus impendenda, nihil ferre aliud erant tribus primis saeculis sub Imperatoribus ethnicis, quam pecunia & alia mobilia, quae fidelibus dabantur Clericis titulo ministerii spiritualis.

Quest. VI. An Clericus, qui habet bona patrimonialia sufficientia, potest sibi sumere ex bonis ecclesiasticis partem suae sustentationi necessariam, & disporre de patrimonialibus, perinde ac si caret beneficiis?

Resp. Longe plures afferunt cum S. Antonio 2. par. tit. 15. c. 1. §. 18. & Prob. 1. Ex c. 16. & c. 30. de prebend. & cap. Caritatem 12. q. 2. ibi: Fuit namque episcopus, ut illi consequantur stipendium, qui pro tempore suum commodare repugnant obsequium. Ubi nulla fit distinctio divitum & pauperum; & cap. Clerici, 1. q. 3. Clerici omnes stipendia sanctis laboribus debita commendati servitii sui meritum consequantur. 2. Quia qui servit altari, potest vivere de altari, ex 1. Corint. 9. Quis militans suis stipendiis unquam?... Nescis quoniam qui altari deservit, cum altari participet? Ita & Dominus ordinavit illi, qui Evangelium annuntiant, de evangelio vivere; & Matth. 10. Dignus est operarius cibo suo. 3. Qui occupatus est in commodum aliorum habet jus percipiendi ab eis necessaria ad suam sustentationem, quamvis dives sit. 4. Ex c. Episcopi &c. Manifesta, & sequentiibus, 52. q. 1. colligitur Episcopos posse retinere bona patrimonialia cum portione canonica bonorum Ecclesiae. Idque supponit Alex. III. c. Quia, de testam. ubi statuit Clericos posse testari de bonis patrimonialibus, non autem de ecclesiasticis redditibus.

Ad canones & textus Patrum in oppositum obijci solitos respondet Ecclesiam olim, cum ejus redditus essent exigui, statuisse ut distribuerentur solum illis, qui indigerent, non autem iis, qui patrimonialium haberent: postea vero haec disciplinam mutasse. (1)

DISSERTATIO

De Peculio Clericorum.

§. 1. Peculium Clericorum, de quo in iure Canonico peccatiis extra Titulus, (lib. 3. Decr. tit. 21.) impraesentiarum accipitur, quatenus bona quadam temporalia quae comprehenduntur, quae Clerici annuente Ecclesia possident separatim a bonis ad ipsam Ecclesiam immediate spectantibus. Diminutivum autem

(1) Quod sponandi in superiore Nota. ult. me hic facturum, nunc pro viribus praesto. Sed, cum amplitudo materiae longiore popule sermonem, indicat Antoine Theol. Moral. Tom. II. P. II.

eo loco Note consciam Dissertationem, eamque pro note paragraphi distinguam.

autem exprimitur vocabulo, ut indicetur, pauca & modica esse debere eiusmodi bona, cum clericorum maxime fit paupertas Christi, & Apostolorum imitari. Quod scire valde refert, atque in controversiam maxime venit, est jus seu dominium proprietatis eorumdem Clericorum relate ad tale peculium. Sed nihil certi, ac perspicui hac de re statui potest, nisi prius accurate distinguantur singula bonorum genera, ex quibus coallescere potest tale peculium.

§. 2. Bona eiusmodi iure iuris aut sunt patrimonialia quae clericis obveniunt ex variis titulis communibus inter ipsos Laicos; puta ex hereditate, legato, donatione, officio, arte; aut sunt quasi patrimonialia, quae acquirere solent Clerici qua tales quidem, est immediate non ratione beneficii Ecclesiastici, sed potius officii ac ministerii spiritualis, quod exercent, ex. ca. celebrando, concionando, Sacramenta administrando; unde & Industrialia dicuntur aut sunt Ecclesiastica, quae a clericis comparantur intuitu solius Ecclesiastici beneficii, qualia sunt decimae, fructus agrorum, alioque redditus provenientes Episcopis, Canonicis, Parochis ex propriis beneficiis. Haec postrema bona vocari solent beneficiaria, ut saepeantur ab aliis bonis vere Ecclesiasticis, scilicet a rebus mobilibus, vel immobilibus Ecclesiarum, & Locorum Florum, quae clericis non tribuntur separatim, nec appropriantur, sed dumtaxat concreduantur custodienda, & administranda. Eadem bona ecclesiastica beneficiaria, cum ordinata sint ad sustentandam clericos, quibus beneficia ipsa in titulos ecclesia fuerunt, vel triplici veluti respectu considerari queunt. Nam vel sunt superiora sustentationi etiam congrue clericorum; vel omnino necessaria sustentationi; vel studiosa frugalitate, atque parsimonia vivendi substantia sustentationi congrue beneque. Quae ultimi sunt respectus, congrue appellantur bona patrimonialia, & ideo ad secundum genus supremum quasi patrimonialium seu industrialium rite revocantur, tamen materialiter spectata referantur ad tertium genus Ecclesiasticorum seu beneficiarium. Porro Distributiones Chorales (de quibus in super. Nota 3. ad quaest. IV.) itemque inserti proventus Parochorum, qui vulgo Funeraria seu Fructus sola dicuntur, pertinent ad secundum genus industrialium. Nunc distincte discutendum, quae dominium relate ad unquamquam enumeratorum bonorum classam competere possit clericis; ut videre liceat apud cit. Fagnanum, itemque apud Doct. Covarruviam (de Testam. cap. 1. n. 2. & seq.) qui protestatur, se obiectibus praecipuis satisfacere, ne tot Sacerdotum animae in discrimen conjiciantur, rursusquam assertionem anxie nimis omittentes. Protecto Ecclesia passim beneficia conferit in titulum clericis patrimonio instructis, ab eisque distincte exigit officia & obsequia spectanda ad eadem beneficia. Ergo idem jus acquirunt percipiendi est propter beneficia alimonia, ratione impensis ministerii ac laboris; quippe juxta Apostolum de Sacris Ministris loquentem (2. ad Tim. cap. 5.) dignus est operarius mercede sua. Quod vero alius facultates ipsi praerogata habeant, quibus, si velent, possent sustentare, non ideo predicto iure excludant; quoniam alios non habent ad Ecclesia, pro qua laborant; sed a paterna domo, vel alibi de. Nec sane Fidelibus, qui bonis suis locupletem

§. 3. Primo. Clerici Seculares pleno absoluteque jure possident bona patrimonialia, perinde ac Filii familias bona caesaria. Enimvero ex una parte non sunt incapaces temporalis domini ob succemptionem clericatum, quemadmodum contra Novatores passim propugnant Catholici Magistri: ex alia non se habent eo dominio per votum solenne paupertatis, sicut Religiosi, nec ulla alio nomine tenentur dimittere patrimonium, ut Ven. & Emin. Bellarminus (Lib. 1. de cler. cap. 22.) solide demonstrat adversus peccularem opinionem Thomae Waldensis, gravissimi ceteroquam Scriptoris.

§. 4. Secundo. Quamvis clericis habeant patrimonium sufficiens, aut etiam pingue, possunt nihilominus donari Ecclesiastico beneficio; ita scilicet, ut simul & dominium absolutum retineant patrimonii, & beneficii proventibus fruantur. Bened. XIV. (Lib.

7. de Synod. c. 2. n. 2.) Quicquid sit, an juxta priorum Ecclesiae secularium disciplinam Ecclesiasticis beneficiis gaudere possent, quibus opulentum iussu- tebat patrimonium ... certum est, haec nostra tempore etiam Clericis divitiis assuetibus Ecclesiastica beneficia conferri: neque est qui dubitet, quia idem verum dominium habeant redditum, quos ex proprio percipiunt patrimonium. Haec autem beneficiorum collatio utique facultatem etiam praestaret capiendi sustentationem ex fructibus eorumdem beneficiorum: ut satis declarat praefata disciplina, & praxis ab eodem Pontifice memorata. Unde Pagnanus (num. 6. Com. in cap. 5. §. qui, tit. de Pecul. cler.) fidenter scripsit: Statuenda quoque pro industrialia praefata conclusio. Episcopi, & Clerici habentes patrimonium possunt vivere de proventibus Ecclesiae juxta conditionem & dignitatem, ac patrimonium cum fructibus servare quibus volunt. Pro conclusione stat auctoritas Innocentius, qui inquit: Non certissimas, quod qui habet beneficium, vivere debeat de patrimonio, sed de Altari. Et Hingont, qui ait: Clerici licite posse labore propria, & percipere Ecclesiastica beneficia, dummodo propter hoc non deserant justitia, nec peccare accipiendo beneficia sibi debita, quae jure sunt utuntur, ex quo servium Ecclesiae, & beneficia eius canonice assignata sunt. Et sequuntur Hoyerius, Archidiaconus, Abbas, qui bene quaestionem diligenter examinat, & solvit contrariae pro temporum distinctionem: & affirmat opinionem Innocentii, & Hingontii communiter tenent per omnes Doctores. Quam etiam communem esse referunt Felinus (c. 2. in articulo necessitatis, in quo etiam vasa culti divino dicata distrahuntur, ut Ambrosius dicit: Et in tali necessitate peccatur Clericus, si vellet de rebus Ecclesiae vivere, dummodo haberet bona patrimonialia, de quibus vivere possit. Recentissimus Doctoribus adjectis S. Antoninum, B. Angelum, Sylvestrum, Arnallam, alioque Summistas, atque reverentioribus Petrocensem, Hemmam, Habertum, & plerisque etiam illorum, qui ceteroquin clericis adimant dominium beneficiarium bonorum superiorum. Nec desunt varia argumenta ex Sacris Canonibus, aut apta responsa ad difficultates contrarias; ut videre liceat apud cit. Fagnanum, itemque apud Doct. Covarruviam (de Testam. cap. 1. n. 2. & seq.) qui protestatur, se obiectibus praecipuis satisfacere, ne tot Sacerdotum animae in discrimen conjiciantur, rursusquam assertionem anxie nimis omittentes. Protecto Ecclesia passim beneficia conferit in titulum clericis patrimonio instructis, ab eisque distincte exigit officia & obsequia spectanda ad eadem beneficia. Ergo idem jus acquirunt percipiendi est propter beneficia alimonia, ratione impensis ministerii ac laboris; quippe juxta Apostolum de Sacris Ministris loquentem (2. ad Tim. cap. 5.) dignus est operarius mercede sua. Quod vero alius facultates ipsi praerogata habeant, quibus, si velent, possent sustentare, non ideo predicto iure excludant; quoniam alios non habent ad Ecclesia, pro qua laborant; sed a paterna domo, vel alibi de. Nec sane Fidelibus, qui bonis suis locupletem

fecerunt Ecclesiam, unquam in mentem venit. Sacros Ministros ipsi labori adicere sine stipendio, quod iure ipso naturali conset laboribus esse rependendum. Cur igitur voluit morosi nonnulli Theologorum novum imponere, quod plures avocavit ab Ecclesiae ministerio hanc sine gravi ipsorum Fidelium detrimento?

§. 5. Tertio. Sicuti Filii-familias bonorum quasi caesaria, ita clerici bonorum quasi patrimonialium sive industrialium omnium habent dominium liberum, quicquid contra sentiat Vanespemus cum alis, quibus Auctor assentitur. Thesis ista etiam non adeo splendida, sicuti praecedens altera: satis tamen communi ferociter nititur sensu Doctorum, computatis quoque plurimis eorum, qui clericis nullum jus tribuunt in bona superflua beneficiorum. In primis namque dominium illud deprehenditur ex praefato monumento, quo Bened. XIV. (lib. 2. de Synod. cap. 8. n. 5.) demeruit, antiquum esse morem eligendi Ritei Sacerdoti celebranti, ita scribens: Quod in fine Saeculi VIII. jam invaluisse fidei fecit Chrodegangus Episcopus Metensis in Regula, quam ex saeculo habente, vel non invenire, suis Canonibus praescripsit, in ea quippe c. 32. de Elemosinis, cuius Canoniorum liberam potestatem secti accipiendi, & in quo vellet usus expendendi elemosinam, quo pro sua. bisi Missa offerretur. Si alius inquit, uni Sacerdoti pro Missa aliquid in elemosinam dare voluerit, hoc Sacerdos a tribuente accipiat, & exinde, quod voluerit, faciat. Adde, quod idem Pontifex docet (de Beatif. Serv. Dei, l. 3. cap. 24. n. 23.) Reditus in dupli sum differentia, alii, qui proventum ex bonis patrimonialibus, vel quasi patrimonialibus: alii, qui proventum ex bonis Ecclesiasticis. Et bonorum quidem primi, & secundae generis Ecclesiastici dominium habent, possunt eorum redditus sibi retinere, vel etiam aliis pro libito elargiri.

§. 6. Suffragatur pariter decretoria ratio. Siquidem Fideles talia bona exhibent Sacris Admistris titulo seu congrua sustentationis, seu honesti stipendii, ob eorum ministerium, laborem, industriam, interduum etiam titulo aliquis donationis ubi praerogata laboris. Hinc, quicquid corporalem clericorum laborem, palam est, eodem bona ita praestari, ut libero proventus clericorum dominio cedant; ideoque citra ullam aut explicitum, aut implicitum onus erogandi in causas suas quicquid ex ipsis superfluit: eo ferme modo, quo Consiliiarii, Judices, Advocati, ac reliqui Officiales laici acquirunt pleno dominio iure mercedis suas. Hoc enim respectu Ecclesiasticis Ministros non esse inferioris conditionis aliis quibuscumque probat Apostolus (2. ad Cor. c. 9.) Quis militat suis stipendium, unquam? quis plantat vineam, & de fructu eius non edidit? quis piscit gegem, & de lasse gregis non manducavit? ... Si non vobis spiritualia seminavimus, magnum est, si non carnalia vestra metamus? Si alii poteratis vestra participes sum, quare non potius nos?

§. 7. Et hic quidem Apolliticus textus invicte ostendit, posse, absolute ac per se loquendo, rependi pro spiritualibus temporalia tanquam stipendium, aut mercedem laboris, absque ulla simoniaca labe: etiam negandum non fit (quod iam indicavimus in Nota 2. ad q. 4.) sepe sapius posse per accidens, atque

ob effractionem hominum cupiditatem intervenire simoniam saltem mentalem, vel speciem simoniae Ecclesiasticis Sacris reprobantur. Ratio est, quia simoniae malitia in hoc fita est, quod emptioe ac venditione, vel quavis alio non gratuito contractu detur, & recipiantur spiritualia, & temporalia, ut temporalia vere possint dici exhibita veluti pretium spiritualium. Audi Seraphicum (Spec. Anim. cap. 2.) Generaliter circa materiam banc observat, quod spirituale dare, vel accipere pro temporalibus, ita quod spirituale cadat sub pretio, est vitium simoniae. Licet autem pro labore, & sustentatione secundum bonas consuetudines accipere, seu dare. Et rursus (in 4. sent. dist. 25. art. 1. qu. 4.) ex recitato Apostoli textu inferat, quod si doctor, consiliiarius, & medicus, & alii qui laborant, de consilio suo de doctrina pretium recipiant propter laborem, & suam sustentationem, nulla est culpa, nulla simonia. Si tamen quis venderet donum sibi discipulis datum, non laborem suum, iudicaretur simoniacus. Similiter dicendum est de celebratorum ministerio, & similibus. Audi & Angelicum (2. 2. q. 100. art. 2. in Corp. & ad 4.) Accipere aliqua ad sustentationem eorum, qui Sacramenta Christi ministrant, secundum ordinationem Ecclesiae, & consuetudines approbatae, non est simonia, neque peccatum. Si aliqua ex consuetudine exigatur quasi pretium rei spiritualis cum intentione emendi, vel vendendi, est manifeste simonia. Alter vero textus Angelici, quem Auctor ex q. 86. art. 2. proferit in favorem contrariae sententiae, nequitiam obest. Etenim S. Doctor ibi non spectat praecise ea bona industrialia & quasi patrimonialia, de quibus nunc controversia movetur, sed universam massam bonorum, quae a Fidelis Populo offeruntur. Et vult (quod quidem aperte declarat q. 185. art. 7.) non omnia penes Sacros Ministros manere debere, sed potius in varios usus Ecclesiae, ministrorum, & pauperum impendenda. Quod utique hic minime negatur; cum exploratum sit, iamdiu ab Ecclesia factam, & servatam huiusmodi distributionem bonorum. Ceterum, an portio clericis attributa, quarum modo completissime fide beneficiaria, seu industrialia bona, libero sibi eorumdem dominio, Angelicum ibidem non explicat: quare ex illo textu nihil potest extendi contra superiore nostrum doctrinam. Pariter neque alia veterum testimonia ab Auctore producta ulatenus quadant ad ipsius causam, quippe praesenti Ecclesiae disciplinae accommodata, non ad industrialia, sed ad sola beneficiaria possunt utrumque referri, de quibus fiet deinceps specialis quaestio.

§. 8. Neque juvar recurrere ad Canonem, vetantem clericis facere testamentum de his, quae sustentatione Ecclesiae percipiuntur. Nam primo, etia bona industrialia possent dici in sentu canonum acquisita intuitu Ecclesiae, non propterea sequeretur, clericos inter vivos agentes carere illorum dominio. Quippe indicatur canon solum facultatem admitti disponendi de talibus bonis causa mortis, seu testandi: quod est e prioris quid longe diversum. Omnes enim illi DD. tum Theologi tum Canonistae, qui clericos pronuntiant dominos integre portiones beneficiis, utroque factentur, dominium illud non posse extendi etiam ad testandum de illa, ob expressas scilicet sacrorum canonum prohibitiones; adduntque, idcirco Eccle-

nam voluisse tale dominium ita restringere, ut clerici (quibus ob varias, Graevique posteriorum temporum circumstantias dominium indulgere fuit expediens, ac pene necessarium) viderent nullam sibi superesse facultatem de bonis suis disponendi causa mortis, illorum amore non inlaquearentur, nec illa sibi retinerent vita durante, sed libentibus in pauperes erogarent, vel in alias pias causas expendere, iuxta ipsius Ecclesiae mandatum eidem dominio patriar adjectum instar alterius relictionis seu gravaminis.

§. 9. *Nec obstat*, inquit Doctus Gonzalez (num. 4. Com. in cap. 7. *Com in Officiis*, tit. 26. de Testam. lib. 3. Decret.) quod licet verum sit Clericis beneficiorum dominos esse fructuum beneficiorum suorum; tamen testamentum facere non possunt. Non enim novum, aut insolens, ut qui dominus est, de bonis suis disponere non possit; ut contingit in filii familia, qui licet dominum habeant honorum adventurorum, de his tamen testamentum facere non possunt. Similiter Covarruvias (par. 3. Relect. c. Possessor de reg. Jur. in 6. §. 3. n. 7.) Summe observandum, quod possessor verum majoratus, qui illam iure optimo vocationis obtinet, licet res alienare non possit, dominus tamen illarum rerum vere dicitur. Non est enim de substantia domini, quod res a domino alienari possit. l. 2. C. de bon. mater. l. ult. §. Filii &c.

§. 10. Deinde haud immerito negatur, bona industrialia esse computanda inter ea, quae in praesenti materia a sacris Canonibus appelluntur praecipua consideratione Ecclesiae, seu pure Ecclesiastica. Idque satis dignoscere licet tum ex monumento, quod ex Bened. XIV. vultimus (§. 4.) tum ex sensu, & praxi praesenti Curiae Romanae. Atque rem hanc erit opera pretium enucleatius exponere, ut illis potissimum Sacerdotibus consulatur, qui in solo haerentes veterum canonum cortice, atque additi lectioni recentium quorundam scriptorum ad prodigium rigidorum, animo misero anguntur, sibi quae quasi perisodant, vel rei reatu lethalis erimunt in pias causas erogandum esse, quicquid ipsi Clericatus operis (sive, ut vulgo dicitur, *perché hanno il collare da petto*) quomodoque acquiritur.

§. 11. Quaeammodum laudatus Gonzalez, alique peritissimi Interpretes Pontificii Juris observant (Com. in tit. cit. de Testam. dum Sacri Canonis passim in eo Titulo verati Episcopis, & reliquis clericis testamenta concedo de bonis Ecclesiae, acquisitis per Ecclesiam, perceptis consideratione Ecclesiae &c. haec verborum formula, non absoluti, sed relativi sunt termini, Dialectice loquendo. Videlicet bona sic nominata opponuntur aliis diversis bonis, quae clerici possunt acquirere intuitu propriae personae: quare ex matra utrorumque collatione, & consideratione dispicienda est peculiaris utrorumque natura. Porro bona acquisita intuitu personae, juxta Decretalem Alex. III. (Tit. cit. cap. 9. *Quia nos*) censentur ea, quae clericis proveniunt paternae successione, vel cognationis intuitu, aut de artificio, seu dono conjugum, aut amicum suorum, non habitus respectu ad Ecclesiam: uno verbo, *patrimonialia*, & *quasi patrimonialia*. Igitur ex adverso bona comparata intuitu Ecclesiae intelliguntur illa, quae ipsi acquirunt quotiens sunt Rectores Ecclesiae, Episcopi, Canonici, Parochi, & quomodolibet Beneficia

ti, quaeque idcirco consistunt vel in redditibus ipsi Ecclesiae incorporatis, vel in fructibus emanantibus a particularibus beneficiis, atque vel bona Ecclesiastica simpliciter, vel bona Beneficialia nunc appellari consueverunt. Quod si ita est, jam clarificet, in centu bonorum acquisitionum consideratione Ecclesiae minime venire bona clericorum industrialia, aut *patrimonialia*, aut ejus generis alia. Eninvero quavis etiam ista a clericis acquirantur, radicaliter ac remote, titulo ordinis, & Beneficii Ecclesiastici (quatenus eadem minime possunt obtineri, nisi Clerici, & Beneficii forent) nihilominus quamvis velati juris fictione non estimantur Ecclesiastica aut primi, aut secundi generis; sed tantum collata, comparata, & intuitu solius personae, ac personalis industriae & laboris. Unde fit, ut clericis enotantibus omnia ista non fecerit, ac bona artificio & industriae Judicum, Medicorum, & quorundam Officialium, seu ex testamento, seu ab intestato pertineant ad ipsorum haeredes: nisi praesertim tracti Navarrae (Com. de Spol. cleric. ver. ini.) afferens, eadem non venire inter spolia clericorum Apostolicae Camerae. Hucusque didis de integra bonorum industrialium, & quasi patrimonialium serie robur addidit, quod Bened. XIV. (lib. 23. de Syn. cap. 12. & 22.) exerte docet de una illorum specie, scilicet de *Coralibus Distributionibus*. Alii namque, quod destruda jam fere ubique vita communi Canonico regularium, quae praesens Ecclesiae saeculis vigebat, illi nunc constituta cetero interessentibus certa emolumenta lucrarentur, eadem sua faciant, expenduntque libere in proprios usus, cum illorum domini sint *per se no jure*.

§. 12. Quarto. Ex sententia Doctorum ferme communissima, a qua Juvenius, alique perpetuo dumtaxat recedunt, est clericis dominium plenum in bona beneficium necessaria sustentationis concessa. Ea namque recipiunt tamquam laboris & obsequii, quod Ecclesiae impendunt, mercedem ac stipendium, jure ipso naturali & Divino non minus sacris, quam rebus quibusque operariis debent, ut demonstrat Apostolus jam laudatus in precedentibus. Sane sicut in portio bonorum Ecclesiasticorum destinata pauperibus alendis, horum libere dispositioni subjacet, ubi eam acquirere, & pie Fidelium voluntari, a quibus talia bona primis oblata, cumulate jam est satisfactum: eodem plane modo, immo multo magis, sacri Ministri evadunt domini propriae portiones, veraque mercedis iusto sustentationis titulo comparatae.

§. 13. Quinto. Aequale dominium obvenit Clericis bonorum beneficium *patrimonialium*: uti iuxta communem doctrinam jam adduximus in super. 4. concl. atque Angelicus expresse indicat) 2. 2. quod 86. ar. 2. ad 1. quicquid contra sententiam idem Juvenius cum nonnullis aliis. Et quidem ex mox didis ratio manifesta eruitur. Nam si clerici dominium sibi vindicant integre portionem ad honestum victum necessarium, quidni & bonorum patrimonialium, quae ex tali portione subtrahuntur solertia, & abstinentia spontanea ipsorum clericorum? Forsan, ut dominium istud clericis retineant, necessarium creditur, ut deputata sibi bona in fomachum trajiciant, aut quovis alio modo respiciant? Vel nequid passionis cura, & sobrietatis incommodum, faciant ipsos esse deterioris conditionis?

§. 14. Sexto. Ad bona *beneficialia superflua* sustentationi quod spectat, jam a claturae tempore DD. tum Theologi, tum Canonice contrariis admodum studiis inter se disputant atque ab hisfructu controversis dirimendis, qui ceteroquin plura haecenus obscura & incerta eligunt, dehisvitque, Bened. XIV. abundantem duxit, tametsi duplici in loco (*de Benef. Sacerd. Dei lib. 3. c. 34. n. 25. & de Syn. lib. 7. c. 2. n. 6. & seq.*) praesens argumentum attingit. Proprius non sicut animus ullam determinatam thesim hic figere; esto subductis rationibus mecum ipse jam constituerim, quinam privata opinione defendendum sit. Per me legitur quippe clericorum Beneficiariorum in suo sensu abundet: sique contentus iis, quae haecenus exerto glatio propugnavi. Nonnulla quidem libenter subjiciam probe animadvertentia a cunctis, qui se comparant ad iudicandum de praesenti gravissima controversia.

§. 15. *Primum*. Quaequomque probanda sit sententia scholiarum circa dominium clericorum relate ad bona *beneficialia superflua*, ex Bened. XIV. (lib. 7. de Syn. cap. 2. n. 4. & 5.) Certum est, etiam quod Beneficiariorum bonorum dispoſitio, & assignatio tampridem pauperibus quare parte sponsorum ad Ecclesiam pertinentium, ex quibus surgunt Doctores eruditae & doctae sicut hospitalia, aliaque instituta opera pia ad eorumdem pauperum commodum: ad huc nihilominus trerit Clericos Beneficiarios, reditus, quos ultra sibi honestam sustentationem ab Ecclesia percipiunt, distribuere in pauperes, aliaque pia opera erigere, aut consanguineis elargiri, nisi tanquam pauperibus, & vere pauperes sint, & tunc, ut minus egeant, non ut distent. Haec obligationem omnes Ecclesiae canones aut imponunt, aut omnibus implicitam apponunt, qui Ecclesiae militant stipendiis... Quocirca nullus omnino Doctor, praeter unicum Lorcam, ausus fuit unquam eximere Beneficiarios a gravi obligatione distribuendi redditus Ecclesiasticos suae honestae sustentationi superfluos, in pauperes, aliaque pia opera. Quae nam porro veniant nomine causae pia, Reinshelzel (§. 3. n. 6. & seq. Com. ad tit. 25. lib. 3. Decret.) ellicere.

§. 16. *Secundum*. Lta maxima inter DD. potissime ferretur ecclesia titulum, seu causam hujus gravis obligationis, ita ut alii eam deriverit ex stricta iustitia, alii ex lege caritatis, alii ex virtute religionis, alii ex positivo precepto Ecclesiae utribidem (n. 6. & 7.) Bened. XIV. distinxit offendit. Perpendunt quadruplex istud doctrinarum disortium facile patebit, duas dumtaxat hinc emergere contrarias sententias circa dominium istiusmodi superfluum bonorum, nec non circa restitutionem eorumdem male expensurum. Nam qui cum Navarro, & aliis fa multis repetunt obligationem illam ex iustitia, si clericus universos dominio spoliatur praedictorum bonorum; atque idcirco restitutionis legi obnoxius iudicatur tum clericus, qui talia bona in usus profanos impenderunt, tum consanguineos, collateros, & alios omnes, qui eadem ab ipsis receperant abique legitima pietatis, caritatis, misericordiae causa. Qui vero ex alio quovis diverso titulo illam obligationem deducunt; hi plerumque & dominium clericis attribuant, & a restitutione oere tum cle-

ricos, tum eorum haeredes eximunt. Dixi *plerumque*, Siquidem reperire est intermedium nonnullorum sententia, in qua cum superfluum fructuum dominium clericis tribuant, contendunt nihilominus ex lege iustitiae restituendum, quicquid in malos aut profanos usus fuerit ab istidem distratum. Quomodo hic optinandi modus concipi, defendique possit, Paulus Layman (l. 4. *Theol. Moral. tr. 2. c. 2. n. 3.*) conatur ostendere: qui accedunt Engelh, Pirrhing, Noncaglia, Janfen. Praemoustratensis Canonici, & si qui sunt alii.

§. 17. *Tertium*. Conc. Trid. nullam ex controversis illis opinionibus decretorie aut probasse, aut improbasse, ex Card. Pallavicino (l. 24. Hist. c. 3. n. 4.) discimus. Nam cum in eo decreto (sess. 25. de reform. c. 1.) quo Episcopus moderatio, & frugalitas vivendi, & distributio reddituum Ecclesiasticorum praescribatur, haec ratio primis apposta fuisse: *Quia Episcopi Ecclesiasticorum proventuum dispensatores sunt*, velle eodem Historicis, *Lazarique Cardinalis Guerserus Archiepiscopus Granataensis*, & alii admonuerunt, ut in removeretur; ne detrimentum afferret valde communi sententiae, qua docet, verum dominium perire illos esse. Quocirca, subdit Bened. XIV. (n. 22.) *Si Concilii Tridentini Patres voluerant quaelibet attingere inter Catholicos exactissimas, iure meritoque non confunderentur duximus Episcopi, ne illam in suis Synodiis desistant, aut tanquam definitam asserant.*

§. 18. *Quartum*. Opinio adscribens clericis dominium integre portionis Beneficiorum, non modo tempore Conc. Trid. erat valde communis, ut praelaud. Pallavicinus ait; verum etiam longe antea plures, eoque illustres habuit videlicet partim Canonistas, partim Summos; sicut innotuit Molliam (de *Sup. & Ter. disp. 243. n. 3.*) & Fagnanum (n. 1. & seq. Com. in c. 5. *Si quis*, tit. de Pecul. cler.) ac praeterea colligere licet ex Gab. Biel, qui an. 1490. Tubingie edidit sua Com. Theol. Is enim (in 4. Sent. dist. 25. q. 8.) ubi quaelibet hanc problematicam proposuit tractavit, sequentem thesim ponit, quae est numero quinta. *Episcopos propter peccata Beneficiorum bona Ecclesiae ad indistincte deputata consulendo; non tamen suis prius desistantur, & ad restitutionem obligatos esse. Tum secus, si contraaria opinio Doctorum.* Ac relata severiore opinione, subdit: *Alia est opinio minor, qui videtur consentire D. Fom. & Joannes Gerson.* Quod si D. Thom. qui unus est pro decem millibus, ac fere innumeros habuit quate excellentis suae doctrine moralis sclatore; jam quot alii, tametsi ibidem haud nominati, simul intelliguntur, nemo non videt, Angelicum autem constanter (scilicet & juvenem, & virum, cum senem dicere proprie nequeamus) vindicasse clericis dominium totius portiois ipsorum sibi deputatae *seorsim* a quibusvis Ecclesiae, & Pauperum, deperhendere quomocumque voluerit penitenciam examinare tum integram eius hac de re scriptorum seriem (quodl. 6. ar. 10. & 2. 2. q. 18. ar. 7.) cum accurata praecipui ejus interpretis Sylvi (concl. 4. ad cit. art. 7.) expositionem, tum gravissimum Bened. XIV. iudicium ita scribens (n. 10. & 11.) *Duplici in loco S. Doctor hanc versavit quaestionem, in Quodlibet nimirum, & in Summ. in Quodlibet aperte adhaeret posteriori*

rum enim refert, utrum Prelatus dimittat ad inferos, quia peccavit contra iustitiam, an quia peccavit contra caritatem, non bene distribuens facultates suas. Solam quæro, in quibus vis debeat expendere suas Ecclesiasticas facultates, ut non amittat vitam æternam.

Quest. VIII. Ad quid tenentur Episcopi, Parochi, & si quibus animarum cura incumbit?

Resp. 1. tenentur generaliter iure divino reside- re, & per se officium suum recte præstare, oves sibi creditas verbo, exemplo, & Sacramentis pascendo, eorum salutem ac utilitatem spirituales procurando, & peccata ac scandala, quantum possunt, impediendo. Est communis sententia. Prob. 1. ex Ezech. 34. Vt Pastoribus Israel, qui pascabant semetipsos: nonne pascetis a Pastoribus pascuntur?... Greges meos non pascabant &c. Et ex 1. Petri 5. Pascite, qui in vobis est gregem Dei providentes sicut quem secundum Deum... Forma facti gregis ex animo.

2. Ex Conc. Trid. sess. 24. c. 1. Cum precepto divi- no mandatum sit omnibus quibus cura animarum commissa est, oves suas agnoscere, pro his sacrificium offerre, verbiq; divini prædicatione, Sacra- mentorum administratione, ac bonorum omnium ope- rum exemplo pascere, pauperum, altariumque mi- serabilium personarum curam paternam gerere, & in cetera munia pastoralia incumbere, que omnia nequaquam ab eis præstari & impleri possunt, qui gregi suo non invigilant, neque assunt... S. Synodus eos admonet & hortatur, ut divinum pre- ceptum memores, factique forma gregis, iudici- o & veritate pascant & regant... Declarat om- nes... obligari ad personalem in sua Ecclesia vel Dioecesi residentiam, ubi in iudicio sibi officio deservi- ti tenentur, neque absque posse nisi ex causis in- frascriptis &c. Eadem omnino etiam quoad culpam, amissionem fructuum, & penam de Curati inferioribus, & aliis quibuscumque, qui beneficium ali- quod ecclesiasticum curam animarum habent obti- net, S. Synodus declarat & decernit &c. 3. Quia quicumque accipit aliquod officium præsertim cum emolumento, obligat suam personam ad proprias il- lus functiones, ræcque promittit, se illas obitu- rum quantum res fecit; nec aliter ei committitur officium. Neque sufficit, quod suum officium præ- ter per alios, nisi necessitas vel majus bonum com- mune cogat eum ad tempus abesse: nam recte ratio- ni repugnat ut quis officium, præsertim cum emolu- mentis, habeat, & onus illius in alium transferat. Præterea pastorale munus est per se personale; nam is constituitur pastor, cujus cura, diligentia & in- dustria electa est ad pastoralia munera obeunda. His adde jus canonium, ut de Cler. non resident.

Hinc Episcopi & Parochi peccant mortaliter con- tra jus divinum naturale, ideoque indispensable, si notabili tempore sine gravi & iusta causa abint- quod si iusta absentia causa fuerit, tenentur per alium idoneum gregi sufficienter providere. Circa hoc utrumque Concil. Trid. ibidem eorum conscientias onerat proposito Dei timore, & iustas absentiæ causas exponit, que sunt, Christiana caritas, ur- gens necessitas, debita obedientia, & evidens Ecclie, vel resp. utilitas.

Porro residentia est personalis presentia in loco beneficii ad debitum officium ibi præstandum. Quan- vis autem omnia beneficia de jure constent, & ex

primæ sui institutione residentiam requirant: pos- sunt tamen aliqua simpliciter eam non exigere, vel ex fundatione, vel consuetudine rationabili, ut cum beneficiis illa non habent sufficientes redditus ad sustentandum beneficiarium, qui proinde coguntur alibi manere, ut habeat unde vivat.

Nota. Provisi de beneficio curam animarum habente vel de canonicato, tenentur publicam fidei professionem facere, aliqui fructus suos non faciunt, ex Conc. Trid. sess. 24. c. 12.

Resp. 2. Speciatim de parochiis, tenentur

1. Habere scientiam competentem, & sufficientem ad recte dirigendas oves suas in rebus ad salutem pertinentibus; ideoque scire dogmata fidei, & Theo- logiam moralem: item Scripturas sacras & Canones, & statuta propria sue Dioecesis. Sciunt igitur Sa- cerdotes Scripturas sanctas, & Canones, ut omne opus eorum in prædicatione & doctrina consistat, atque edificent cunctos tam fidei scientia, quam operum disciplina, cap. 1. distict. 38. ex Concil. Tolet.

2. Constante residere in sua parochia; e Conc. Trid. cit. & ex c. 2. de Cler. non resident.

3. Pro ovis orare, & sacrificium offerre, & quidem iuxta Tolet. Fagn. Gavant. & alios, si applicari Missam debis fectis ac dominicis, quia Conc. Trid. dicit, simpliciter teneri pro ovis suis sacrificium offerre; quod indicat speciale applicationem & obliga- tionem diversam ab ea, quam habeat singuli Sacer- dotes applicandi fructum omnibus fidelibus & Conc. Mediolan. IV. a Sede Apostolica approbatum, pro- hibet curatis ne diebus dominicis, & aliis, quibus pro populo celebrare tenentur, aliud sacrificium Mis- sam celebrandum omni. Ita Fagnan. Item Sacra Congreg. Card. apud Gavant. & Barbosa decla- ravit non posse parochum accipere stipendium pro Missa iis diebus, quibus tenetur ex officio celebrare in sua parochia; nempe diebus fectis ac dominicis. Ex vero parochus accipit a suis ovis sustentatio- nem, ut sua munia possit obire, & Missas his die- bus celebret non aliis profecto applicandas.

¶ Vide Concil. 123. S. M. Bened. XIV. tom. 1. Bullarum pag. 266. que incipit, Cum semper obla- tas, in qua Patriarchis, Archiepiscopis, cunctisque locorum Ordinariis per Italiam constitutis, commen- dat & inculcat, ut Concil. Trid. Apostolicæ Sedis Decreta, de applicanda ab animarum Pastoribus pro populo Missa, executioni sedulo mandari curent. At statuit s. Etiam Vicarios amovibiles, & tempo- rarios, ac regulares ad id teneri. 2. Decernit ac declarat; quod licet Parochi, seu alii animarum curam habentes, congruis presentibus redditibus destituantur, & quavis antiqua seu etiam immemora- bili consuetudine in ipsorum Dioecesi, seu Pa- rochiis obtinerent, ut Missa pro populo non applicaretur, eadem nihilominus omnino in posterum ab ipsis debeat applicari.

3. Teneri ad Missæ applicationem diebus dumtaxat fectis de precepto, si etiam comprehensis fectis, quibus populus tenetur Missam audire licet permis- sum sit opera servilia exercere.

4. Facultatem concedit Episcopis dispensandi Pa- rochos pauperes ab applicatione pro populo diebus fectis, ea tamen lege, ut in Ecclesia Parochiali ce- lebrent, ac totidem Missas infra hebdomadam pro Populo applicent, quot in diebus fectis infra hebdo- ma-

madam occurrentibus, iuxta peculiarem intentionem alicuius Pii Benefactoris obtulerint.

5. Ut in Patriarchibus, Metropolitanis, Cathedra- libus, & Collegiatis Missa Conventualis quotidie celebranda pro Benefactoribus in genere applicetur, contraria consuetudine minime obtinet.

6. In huiusmodi Collegiatis absolvit ab applica- tione secunde, & tertie Missæ Conventualis, nisi aliud usum receptum fuerit.

7. Populum frequenter, ut diebus saltem domini- cis, necessariis ad salutem docere, & doctrinam Christianam explicare, et quæ ad virtutes ac vi- tam christianam adhortari per se, si possint, vel per alios idoneos, si legitime impediti fuerint: ita ut omnes facile que ad salutem consequendam neces- saria sunt, scire possint, ex Conc. Trid. sess. 5. c. 2. ibi: Quicumque parochiales, vel alias curam ani- marum habentes Ecclesiæ quocumque modo obtinent, per se, vel alios idoneos, si legitime impediti fuerint, diebus saltem dominicis & fectis sollempnibus plebes sibi committas pro sua & eorum capacitate pascant salutaribus verbis, docendo que scire omni- bus necessarium est ad salutem, annuntiandoque eis cum brevitate & facilitate sermonis vitia, que eos declinare, & virtutes, quas sectari oporteat, ut peccata æternam eodere, & celestem gloriam consequi valeant. Ac eos, si huic muneri suo desu- erint, cogi debere per censuras ecclesiasticas. Et sess. 24. c. 4. mandat Episcopis ut saltem dominicis & aliis diebus fectis pueros in singulis parochiis doctrinam doceri curent. Hinc Bonaccia ait: Parochum mortaliter peccare, si uno certissimo mense inter- teger, aut etiam duobus vel tribus mensibus totius anni discontinuis non concipietur: quia hæc videtur materia gravis non solum secundam sed, facta etiam respectiva. (1)

8. Sacramenta sua parochianis ministrare quoties ea rationabiliter petunt, vel alium idoneum pro- videre. Nam ex officio tenentur oves suas pascere ordinaria media salutis a Christo instituta præbere, suorum utilitatem spirituales procurare, & præsta- re ea omnia, que pastoris sunt, inter que precipuum est sacramenta ministrare, & necessaria ad salutem docere, & sub hoc onere decipiunt stipen- dium sustentationis.

9. Peccata corrigere præsertim publica, scandala tollere vel se, si possunt, vel ea deferendo E-

piscopo, si publica sint, & omnes peccati occasio- nes quantum fieri potest avertere, ideoque inquirere peccata publica. Item scire an singula sacramenta debita in Paschate suscipiant, & scorum diebus fectis audiant &c. Ipsi enim pervigilant. (hoc est, ex officio, seu per vigiliam debent) quæ rationem pro animabus vestris reddiderit, Hebr. 13.

7. Magnam & peculiarem curam habeat paupe- rum; & provide ne ob inopiam a iustitia desistant; eorum necessitates inquirere, ilisque quantum possunt subvenire, ex Conc. Trid. sup. Nam ibi suat loco parentum, & ad hoc specialius obligatur, quam alii. Item pauperes sepelire, etiam sine ullo sti- pendio, & pro eorum salute orare.

8. Nullos matrimonio conjungere, nisi sufficien- ter peritos rerum fidei & præceptorum Dei ac Ecclie; ideoque horum ignaros prius docere, quia ista liberos suos edocere tenentur.

9. Invigilare ut Ludi Magister recte fungatur officio, pueros doctrinam christianam doceat, boui- que moribus imbuat verbo & exemplo.

10. Frequenter visitare infirmos, etiam si sacramen- tis sint muniti. Quia quo vicinior est mors, eo majus salutis periculum ingruit a demone, & major est corporis ac animi infirmitas: ergo tunc maxime suorum salutem provide debent.

11. Servare statuta Dioecesis, & curare ut a suis serventur: nam obligant in conscientia, cum sint lata a superiore habente potestatem præcipiendi & ferendi leges.

12. Tenentur ex iustitia, etiam cum certo vite periculo, ovis suis subvenire non solum in extre- ma, sed etiam in gravi eorum necessitate spirituali, ex Joan. 10. Bonus pastor animam suam dat pro ovis suis. Nam ratione officii ad amplius obligantur quam extranei Sacerdotes, qui cum periculo mortis tenentur proximo subvenire in extrema necessitate. Hinc iuxta omnes, parochus tenetur suis peste laborantibus sacramenta, præsertim Peniten- tiam, ministrare per se, vel per alium idoneum; nisi Episcopus subeat ut ipsemet ministrat: quævis enim salutis via absolute providere possint per actum perfectæ contritionis, tamen quia talis adus diffi- cilis est, centur esse in necessitate gravi. Et Sacra Congr. apud Fagn. approbante Gregorio XIII. censuit Parochos tempore pestis teneri omnino residere in suis Ecclesiis, & per se vel per alium idoneum mi-

(1) In Ecclesiis ruralibus longe distitis a Pa- rochiali iuxta Benedic. XIV. Encyclicis litteris Bull. Tom. I. num. 41. decernendum erit Episcopis, ut Sacerdotes ibi sacris operantur Populum doctrinam Christianam doceant. Caveat tamen Parochus nu- mimum tribuat aliene operæ, sed cum pueri ad Sacramentum Eucharistiæ, & Confirmationis ad- mittendi sunt, cum sponte conjugio jungendi, per se illos teneri quid dixerint. Ibid. §. 14.

Item in Instit. Fectis. §. 9. 20. ait, non esse tolerandam morem in nonnullis Dioecesium obtinen- tem, ut pueri, natus Parochia in alia Parochia de- certum doctrinam Christianam, quemadmodum re- scripsit Sac. Congr. Concilii ad eundem, dum Car- dinalis erat. Leonantoni Ecclesiæ Præfectus, sed pro- gressu Parochi erudire suos debent, vel saltem cura- Antoine Theol. Mor. T. II. P. II.

re, ut in Parochia erudiant. Non tamen repre- hendendi sunt illi, qui in Ecclesiis suis, licet non sint Parochi subiecti, fideles eo confluxerint doceri, dummodo exhibent Parochii nomina eorum, qui eo frequentant. Ibid. §. 13.

Ludi magistri, tam conducti a communitate, quam non conducti, tam Clerici, quam laici hor- rorati sunt prius ut doceant suos doctrinam Chri- stianam, tum etiam cogendi ex Decreto Congress. Concil. ad Archiep. Spalatenf. die 27. Julii 1688. Ibid. §. 14.

Parochi docent pueros suos saltem dominicis, aliisque fectis de precepto doctrinam Christianam omni contraria consuetudine penitus sublata Ency- cl. Ubi primum Bened. XIV. Tom. I. pag. 6. Edit. Rom.